ficat cū tpe determinato. ⁊ tñ tūc nō ē finiti modi. eo q tūc ē nulli⁹ modi. Q⁹ aūt vbū possit absolui a mō. ℞ pbat. q⁹ sic vbū pōt absolui ab alio accidēte grāmaticali. sic etiaz pōt absolui a mō. eo⁹ q modus ēt sic accidēs vbi. Et sic modus attribuit vbo tāq̄ modus p̄cādi min⁹ p̄ncipalis. Dicit ꝯgrue. q⁹ in cōgrue vbū finiti modi bene addit alteri vt currit legit. Dicitur immediate q⁹ mediate vbum finiti modi bñ pōt addi alteri. ſ. mediante coniunctione vt currit ⁊ legit. Dicit ſine figura q⁹ per figurā verbum finiti modi pōt addi alteri. vt agit legit. Dicit ſine restrictione. q⁹ cū restrictione vbuz finiti modi bñ addit alteri. vt ſortes q currit legit. Dicit in p̄ncipio diffinitionis q̄ p̄cat cū tpe. per hoc habet q nullū vbū absolutū a tempe significat cū tpe determinato. ¶Sed illa dicit significare cū tpe indeterminato que significat cū tpe ⁊ taliter q ipſa pōt ꝯgrue imediate ⁊ ſine figura ⁊ ſine restrictione addi alteri vbo finiti modi ſicut ſunt pticipia ⁊ infinitiui. Lozollariū. Eadem dictio cū tpe determinato significat ⁊ cū tpe indeterminato. vt pz de ly legere qō p̄cat cuz tpe determinato qñ est ſcda p̄ſona huius verbi lego⁹. Et p̄cat cū tempe indeterminato qñ est infinitiu⁹ huius vbi lego. Et ſic ille terminus indeterminate capit positiue ⁊ nō priuatiue ſic q valeret tantū ſicut nō determinate. Dicit in diffinitione. cuius nulla paro. p ℞ excludunt cōplexa vt ſic. ⁊ iſta pticula debet tantū valere. id est cui apud mentē correſpondet incomplexum. ⁊ nō debet, ſic gloſari. id est cui apud mentē correſpondet non complexū. q⁹ eadē dictio est complexū ⁊ incomplexū in diuerſis ſenſib⁹. vt pz de iſtis dictionibus magiſter ciuium. iuriſperitus. que ſunt incomplexa in q̄ztū, ſunt noīa cōpoſita. ⁊ ſunt complexa put in ipſis est regens ⁊ rectum. ¶Dico illa pticula est ſciendū. q⁹ differentia est inter correſponderi ⁊ ſubordinari. Unde correſponderi, est ſignum naturaliter p̄ꝓprie ſignificans ſic ſe habere q⁹ aliquod alterum ſignū accipit ꝑm ipſum tanq̄ ꝑm eius modū ſignificandi totalem. Lozollariū. Quelibet mētalia ⁊ ſolum talia correſpondent. Sed ſubordinari est ſignum, ſignificans ad placitum vel naturaliter ⁊ vt ſic nō ſeipſo formaliter ſic ſe habere q⁹ ipſuz accipit ꝑm alterū tanq̄ ꝑz eius totalem modū ſignificandi. Lozollarium. vocalia ⁊ ſcripta ſubordinantur mentalibus. Et mentalia correſpondent vocalibus ⁊ ſcriptis. Lozollariū. huic termino chimera nō correſpondet ille terminus ens. Naz licet ille terminus ens ponatur in mentali correſpondentia huius termini chimera ⁊ licz ille termin⁹ chimera accipit ꝑm ipſum tamen nō ꝑm eius modū ſignificandi totalem. Lozollarium. partialiter correſpondere non est correſpondere. Dicitur finita. per hoc excluditur nomen infinitū. vt non homo nō lapis. ¶Dico quo ſciendū est. q⁹ interest inter nomen finitū ⁊ infiniti. ⁊ nomen finitatum ⁊ infinitatum. Nomen finitū est nomen q̄ nō est aggregatū ex negatione infinitāter tenta ⁊ termino infinitato ſic⁹ ille terminus hō ibi. hō currit. Nomē infinitū. est nomē q̄ est aggregatū ex negatione infinitāter tenta ⁊ termino infinitato. vt hoc totū nō hō. in illa nō hō currit. Lozollariū. nunq̄ idem est nomē finitū ⁊ nomē infinitū vt pz ex diffinitione. Sed nomen finitatū est nomē ſup q̄ nō fuerit negatio infinitanter, tenta. vt ille terminus hō in illa hō currit. Sed nomē infinitatū est nomē ſup q̄ fertur negatio infinitanter tenta vt ille terminus hō in iſta nō homo currit. Lozollariū Idem est nomē finitū ⁊ infinitatū nō aūt ſemp idē est nomē infinitū ⁊ infinitatum. vt pz de illo toto nō hō in illa nō hō currit. q⁹ est nomē infinitum ⁊ tamē nō

Significat cū tpe indeterminato

Nomē finitum

Nomē infinitum

Nomē finitatum

Nomē infinitatum

Arguit p° est nomẽ infinitatũ. Dicit in diffinitione recta. p hoc excludunt oĩa syncategoremata. oĩa pura adiectiua omnes obliqui ⁊ vocatiui. ¶Argnitur. Diffinitio nõ est bona. ergo. Assumptũ ꝓbat. qz ex ea sequeret q illi termini dies mensis annus non essent noĩa. ꝯsequens falsum. assumptum ꝓbat. qz significant cũ tẽpore. ꝓbat. qz significant tps. g̃ significant cum tpe. tenet ꝯña qz idẽ sunt. ¶Confirmat. Sequeret iuxta diffinitionez q ly bu esset nomen apud logicũ. Et pono q ille terminus a ex impositione tantũ significet quãtum significat ille terminus bu. tũc ille terminus a est nomẽ apud logicum ergo ille termin⁹ bu est nomẽ apud logicũ. tenet ꝯsequẽtia a synonimo ad synonimuz. ¶Cõfirmat. sequeret q ille terminus adaz nõ esset nomẽ apud logicuz. qz non est vox significatiua. assumptum ꝓbat qz nihil ꝑcat. ꝓbat. qz nõ ꝑcat adam. ꝓbat. qz adã nõ est. ergo adã nõ est significatũ huius termini adã. tenet ꝯña ab est scõo adiacẽte ad est tertiũ adiacẽs negatiue. ¶Ad pmũ respondet negando ꝯñam. ad ꝓbationem rñdet q nõ sunt idem significare cum tẽpore ⁊ significare tẽpus. Et in hoc differũt. Naz significare tẽpus est significare mensurã motus ꝑm prius ⁊ posterius sicut faciunt ꝑdicti termini deus mensis ⁊c. qz significãt motũ cel. Sed significare cuz tpe est significare accidentaliter grãmaticaliter ⁊ minus ꝓncipaliter tps. Tñ solum due ptes oĩonis significant cum tpe scilicet verbũ ⁊ participiuz. ¶Ad scõm argumentũ rñdet. negando assumptũ admisso casu. ⁊ cum infert a est nomen apud logicum in tali casu cõcedit ergo bu. negat ꝯña. Et ad ꝓbationem dicitur q nõ capiant in illis sensib⁹ in qbus sunt termini synonimi adinuicez qz iã capiunt materialr. Est tñ verum. q in tali casu etiam illa est vera bu est nomen apud logicum qz valet tñ bu vel sibi simile in modo significandi est nomẽ apud logicum. Exquo ly bu stat materialiter p se ⁊ sibi simul in significando. ad õ ly a est sibi simile in modo significãdi ⁊ sic ambo extrema ꝑdicte ꝓpositionis supponũt pro ly a in casu posito Sed tñ adhuc ꝯña non valet qz si cras ille terminus bu nõ fieret: tunc cras si eẽt sicut hodie significatur p antecedens ⁊ cras non fieret sic sicut hodie significat p ꝯñs. ¶Corollarium Dantur duo termini synonimi quorum vnus est nomen apud logicum ⁊ alter non. vt patet de ly a ⁊ bu in casu argumenti. ¶Ad tertium respondetur negando assumptum. Et ad probationem respondetur negando q ille terminus adam nihil significat. Et est dicendum. q ille terminus adam significat adam. Et adam est significatum illius termini adam. ⁊ in talibus propositionibus subiectum ampliatur ad quinqz differentias tempoz ⁊ sic nõ valet ꝯsequentia. adam nõ est. ergo adam nõ est significatum illius termini adam. qz arguitur a non amplo ad amplum negatiue. Etiã arguendo per regulam ab est scõo adiacente ⁊c. cũ terminis ampliatiuis nõ oportet valere ꝯñam. ¶Dubitat vtrũ de q̃libet pte oĩonis detur nomẽ apud logicũ. Rñr primo q nõ. Et ꝓmo dicendũ est. q nulla cõiunctio est nomẽ apud logicũ vt sic. Scõo q nulla ꝓpositio est nomẽ apud logicuz vt sic. qz oẽs tales sunt syncategoremata. Tertio nulla interiectio est nomẽ apud logicum. Quarto nullũ aduerbiũ est nomẽ apud logicũ. qz nulla talium ptiũ oĩonis nata est reddere suppositũ vbo. Nã aduerbia qũ reddũt suppositũ tũc sunt noĩa. Quinto dicendum est. q nullũ nomẽ purũ adiectiuũ est nomẽ apud logicũ. Sic̃r nulluz syncategorema neq; mixtũ neq; purũ. Nullũ nomẽ cõplexũ. nullum nomẽ priuatiuum. nullũ nomẽ materialiter captũ. nullus obliquus. nullus

Secundo

Tertio

Rñ. ad. j.

Significare tempus

Significare cuz tpe

Rñ. ad. 2.

Rad. 3.

Utrũ de q̃libet parte oĩonis detur nomẽ apũ logicum.

Rñsio. j.

vtūs est nomē apud logicū. Alia vero noīa sunt noīa apud logicum. Sexto dicendū est de ꝓnominib⁹ ꝑm duas opiniones diuersas. Una tenet q ꝓ nomina sint ín mente q̄ est alia ꝓbabilior ⁊ cōmunior. Et ꝓnoīa esse in me te non est aliud nisi actus demonstratiuos vel relatiuos eē in mente. tūc ꝑm illam opinionē rñdet q nullū ꝓnomē est nomē apud logicū vt sic: quia ista opinione tenta. Omne ꝓnomē aut est cōplexū aut puꝝ syncategorema. Mā si tale est ꝓnomē ꝓmitiuum ⁊ si suuꝫ substantiuū est expressum. tūc est pu rum syncategorema: vt ille hō currit. Jam ly ille est puruꝫ syncategorema ⁊ cōrespondet sibi purus act⁹ demōstratiu⁹. Jdē de relatiuis. Sed ꝓnomina deriuatiua ꝑm illā opinionē semp sunt cōplexa. q̄ semp cōrespōdet eis actus ⁊ cōceptus. Si eniꝫ ponit expsse terminus significans rem possessam. tūc sibi cōrespōdet act⁹ demonstratiu⁹ vel relatiuus: ⁊ cum hoc actus rei possesse. Si autez non ponitur expresse terminus significans rem possessam. tunc sibi cōrespondet act⁹ demonstratiu⁹ vel relatiuus: ⁊ cū hoc act⁹ rei possesse. Si aūt cuꝫ ꝓnoīe ꝓmitiuo nō ponit expresse substantiuū. tunc qōlibet tale est cōplexū ꝑm illaꝫ opinionē ⁊ syncategorema mixtū. ⁊ cuilibet cōrespondet actus demōstratiu⁹ vel relatiu⁹. ⁊ cū hoc ꝯceptus rei demon strate vel relate: vt ille currit demōstrando petrū. ¶Est alia opinio q ꝓ noīa nō sint in mēte: ⁊ mín⁹ probabilis. Et ꝑm illā opinionē aliquod ꝓnomē est nomē apud logicū. vt ꝓnoīa demōstratiua vel relatiua ꝓmitiua cum ꝯbus substātiua nō sunt expressa: habētia ꝑ demōstrabilib⁹ vl̄ añcedētib⁹ in cōplexa. Hoc vltimū dī: q̄ ꝑ illā viā nō omne ꝓnomen ꝓmitiuū est nomē apud logicū. vt patet de illo qō habet demōstrabile vel relatiuū relatū cō plexū. vt demōstrādo per ly hoc in ista. hoc currit chimerā. ⁊ tenēdo q im possibile nō sit significabile simplici ꝯceptu sꝫ ꝯplexo. tunc ly hoc nō est no mē apud logicū. Sic etiā facile ꝑ de relatiuis. Sꝫ ꝓnoīa deriuatiua ꝑ istā viā nō st noīa apō logicū. q̄ cōit tenēt q sint pura adiectiua. Est tñ verū q ca piēdo ea ꝑpure adiectiue: ⁊ expsse cū eis poneret tmin⁹ ꝑcās rē possessā. tūc sunt noīa apō logicū. q̄ tūc ipsis solū ꝯcept⁹ possessoꝝ cōrespōdet. Septio dicēdū est de ṽbis. q. nullū ṽbū ꝫ finiti modi est nomē apud logicū vt sic. q̄ nulluꝫ reddit suppositū vt sic. Sꝫ de infinitiuo est dicēdum tenēdo illā opi. q ṽba adiectiua sint cōplexa. tunc nullus infinitiu⁹ est nomē apud logicuꝫ vt sic. q̄ qlibet est cōpleruꝫ vel syncategorema. ¶Tenēdo aūt q verba sint incōplexa. tunc est distinguendū de infinitiuis. Quia aliqs est verbi adiectiui. Et ille capit dupl̄r. Uno modo concretiue. videlicet in ordine ad sub stractū ⁊ connotatū. ⁊ sic capiendo infinitiuū. quilibet infinitiuus veniens a verbo adiectiuo positiuo ⁊ incomplexo est nomē apud logicū. q̄ quilibet talis natus est reddere suppositū ṽbo vt sic. Alio mō capiunt infinitiui ab stractiue videlicet soluꝫ in ordine ad cōnotatum ⁊ nō ad abstractuꝫ. ⁊ sic ca piendo infinitiuum nullus infinitiuus verbi adiectiui est nomē apud logi cū. quia vt sic nō reddit suppositū ṽbo. q̄ oportet omne qō reddit ſpposi tum verbo aliqd significare substractiue. Alius est infinitiuus verbi substen tiui. Et ille est duplex. Quia est infinitiuus ṽbi substantiui pure complexi ui. sicut est ly esse veniēs a ly est vt est syncategorema. ⁊ talis non est nomen apud logicum. quia nō reddit suppositu cum sit syncategorema vt sic. Alius vero. est infinitiuus verbi substātiui nō pure ꝯplexiui vt ly esse veniens a ly est quādo est categorema vt in tali oratione homo est. ⁊ tunc talis infini

Pronoīa eē in mēte.

Pronoīa non esse in mente.

Rñ. 7ᵐ

tiuus est nomẽ apud logicum ⁊ reddit suppositũ verbo vt sic. Ultimo nota q̃ omnes pticule diffinitionis debent se limitare ad eundẽ modũ significãdi ⁊ debent se mutuo determinare.

Uerbum est vox significatiua ad placitum cum tempore cuius nulla pars separate aliquid significat finita et recta.

Triplex est verbum.

¶ Pro littera est notandũ. q̃ sicut triplex est nomen logicale. sic triplex est verbum logicale. ſ. vocale. ſcriptũ ⁊ mentale. ¶ Uerbũ vocale est vox q̃ est verbuz. ¶ Uerbũ ſcriptũ est dictio ſcripta que est verbũ. Uerbũ mentale est cõceptus mentalis q̃ est verbum. Et debet ly vox ⁊ ly ſcriptũ capi large ſicut in diffinitione nois. ¶ Ulterius est notandũ. q̃ qõlibet illoꝝ verboꝝ capit tripliciter. large videlicet ſtricte ⁊ ſtrictiſſime. ¶ De. hiſ. tñ ſolũ ꝟbũ vocale diffinit.

Uerbũ large captum

¶ Capitur ḡ verbũ logicale large ꝓ omni eo qõ natũ est eẽ appoſitum reſpectu ſuppoſiti cõſtituendo ſecũ ꝓpoſitionẽ verã vel falſam. ⁊ hoc ex ſignificatione quã actu habet. Et ſic verba cõplexa ſunt verba apud logicũ. vt quieſco ignoro. Nullus tñ verbũ iperatiui modi optatiui cõiuncti ui vel infinitiui est verbũ apud logicũ vt ſic q̃tale nõ cõſtituit. ꝛc.

Uerbũ ſtricte captuz

¶ Uerbũ ſtricte capit ꝓ omni illo qõ natũ est eſſe appoſitũ reſpectu ſuppoſiti recti caſus vt ſic ꝯſtituendo ſecũ oꝛonem verã vel falſam. Et ſic verba impꝛſonalia nõ ſunt verba apud logicũ vt ſic. Lozollariuz. Omne qõ est verbuz apud logicũ large. etiã est verbũ ſtricte. ꝓter verba impſonalia.

Uerbũ ſtrictiſſime ca.

¶ Uerbum ſtrictiſſime capit ꝓ omni illo qõ natũ est eſſe appoſitũ reſpectu ſuppoſiti recti caſus ꝯſtituendo ſecũ ꝓpoſitionez ſimplr pmã.

Propõ ſimplr pzima

¶ Pro q̃ est notandũ q̃ ꝓpoſitio ſimplr pma est ꝓpoſitio q̃ ꝯſtituit ex ſubiecto ⁊ pdicato incõplexis pſonaliter capti. ⁊ ex vbo pſonali incõplexo pſitis tpis idicatiui. vt hõ est anial. ¶ Lozollariũ. Iſta ꝓpoſitio hõ est anial abſoluẽdo copulã nõ est ꝓpoſitio ſimplr pma. ꝑz ex diffinitione. ¶ Lozollariũ. tenẽdo iſtã viã que dicit verba eſſe cõplexa. tũc aliq̃ mẽtalis est ꝓpoſitio ſimplr pma cuiꝰ tñ vocalis nõ est ꝓpoſitio ſimplr pma. vt hõ currit. filr hõ est. quarum mentales ſunt ſimplr pme. ipſe aũt vocales nõ. vt patet ex diffinitione.

Diffinitio de rigoze ñ est bona

¶ Notandũ ꝓ diffinitione q̃ de rigoze nõ est bona. q̃ nõ exꝑmit ꝟuertibiliter illud qõ ꝓ diffinitũ ſignificat. Diffinitio eni ſolũ ꝟuenit ꝟbo vocali. Diffinitũ autem ꝟuenit omni verbo vocali ſcripto ⁊ mentali. Etiam nõ valet ratione illarũ particularũ ad placitum cum tempore.

Intellectꝰ diffonis.

¶ Debet ergo diffinitio vna cum diffinitio ſic intelligi. Uerbũ vocale ſtrictiſſime captũ est vox ſignificatiua id ẽ est vox q̃ ⁊ apta nata ſuum ſignificatum ſignificare ex impoſitione actu facta ad placituz. ſ. vltiate cũ tpe. ſ. determiato. cuiꝰ nulla ps ꝛc. i. cui apud mentẽ coꝛreſpondet incomplexũ. Finita. ſ. exiſtens ⁊ recta. i. exiſtens verbũ pſonale pſonaliter tentũ. pſentis tpis indicatiui modi. Sic ſatis patet qualiter diffinitio debet poni in forma. Principaliter tñ nota. q̃ oẽs pticule diffinitionis debent limitari ad eundẽ moduz ſignificãdi. ¶ Lozollarium.

Arguit.

Particule pſentis diffinitionis hñt intelligi pari modo ſicut pticule diffinitionis nois. ſolum mutando nomẽ in ly verbũ. ¶ Contra illam pticulam vox ſignificatiua arguit. Si verbũ eſſet vox ſignificatiua. vel omne verbum eſſet vox ſignificatiua categoꝛematica. vel ois vox ſignificatiua ſyncategoꝛematicq̃. ſed nullũ illoꝝ est dicendũ. Non primũ. q̃ aliq̃ est verbuz pure

syncategorematicuz.vt ly est in illa.hō est aial.nec scōz.qz aliqō est verbum categorematicū: vt ly est in tali.hō est. ¶Notanduz est qꝫ de materia istius argumenti sunt tres opiniones. Quarum due sunt oppoſite.z tertia est media inter illas duas. ¶Prima dicit qꝫ qōlibet v̄bum apud logicū cōiter vsitatū sit categorematicū. Et istam opi. videnť tangere ℳarsilius Biridanus z Petrus hiſ. qui dicit. Omnis aūt alie ptes oꝛonis pter nomē z v̄bū: logicus appellat syncategorema . Et ꝑm istam opinionē v̄ba ponunť in predicamētis. z qñqz idē est p̄dicatū z copula eiusdē ꝓpositionis. vt ibi. hō currit ly currit est copula z cum hoc p̄dicatū. Et motiuū istius opinionis est sicut dať terminus noialis significās oēm rem mundi . sic etiam datur terminus verbalis significans oēm rem mundi. sicut est ly est. ¶Etiā ista opinio est de mēte pb̄i: q dicit qꝫ ly est capiť qñqz syncategorematice pure. ℳā dicit. si est quidē puꝛ dixeris ipm quidē nihil est cōsignificat autē quandam cōpositionem quā sine extremis nō est intelligere. p q̄ verba pb̄s tantum voluit qꝫ ille terminus est qñqz capiť pure cōplexiue: z tūc ipm nihil est. i. nullaz rem significat: sed solum ꝑsignificat cōplexiue. rōne cuius denotat extrema supponere ꝓ eodē. quā cōpositionē. i. cōplexionē gs nō pōt formare sine extremis. ita videlicet qꝫ actꝰ cōplexiuꝰ nō pōt formari sine extremis in que terminetur. ¶Scōa opinio dicit qꝫ qōlibet v̄bum apud logicum q̄ntum ad modum significandi p̄ncipalē z essentialez sit puꝛ syncategorema z motiuum illius opinionis est. qz omne v̄bū est nota eoꝛ q̄ cōiungit. rōne cuiꝰ ad veritatem ꝓpositionis regriť qꝫ extrema suppona'ť ꝓ eodē. Et hoc nō est nisi ratione modi significādi syncategorematici . ¶Et si p aduersariuz significaret categorematice. tunc esset cōplexum. z sic adhuc nō esset v̄bum apud logicum. Et ista opinio est directe cōtra ℳe. hiſ. z etiam pb̄m. qz ℳe. hiſ. exemplificando de v̄bo ponit ly currit. quod natum est esse categorema. qz ꝑcat substractiue currētem. z cōnotat actum currendi. ¶Et ista opinio ponit solum duo v̄ba apud logicū si negationes nō sunt in mente. vicz actum complexiuum vel aliqd tali subordinatum Et actum diuiſiuū vel aliqd tali subordinatum. Si aūt negationes sunt in mente. tunc ꝑm istā opinionē solum vnū v̄bū est apud logicū. vciz actus cōplexiuus. qz tunc nullus est diuiſiuꝰ. ℳro quo est sciēdū qꝫ actus cōplexiuꝰ est actus syncategorematicus. ratione cuius ad veritatem ꝓpositionis in q̄ ponit z cuius est copula p̄ncipalis regritur qꝫ extrema supponant pro eodem. vt ly est in illa mentali. hō est asinus. homo est sortes. chimera est homo. chimera est chimera. Corollariuz. ℳullus actus complexius ponitur in voce vel in scripto . qz in tali nullus ponit actꝰ. ¶Corollariū. Actꝰ cōplexiuus nō solū repiť in ꝓpōne: sed etiā extra ꝓpositionē. vt ℳetre sis iustus. Utinam essem acutus logicus. ¶Sed actus diuiſiuꝰ est actꝰ syncategorematicus. rōne cuiꝰ ad v̄itatē ꝓpōnis in q̄ ponit z cuius est copula p̄ncipalis regritur qꝫ extrema nō supponāť ꝓ eodē vel ꝓ diuerſis. vel qꝫ vnū extremoꝝ ꝓ nullo supponat. vt est actus correspōdens huic toti nō est . Corollariū. Oꝛ ipossibile est formare actū diuiſiuum vel cōplexiuum: niſi in extrema in q̄ talis actus terminet. Et sic pz qꝫ siquis vellet ex certificatiōe ly est in ista ꝓpositiōe. hō est. cape syncategorematice z complexiue. tunc nō esset ꝓpositio. ¶Tertia opinio media inter duas predictas. z iam cōis diť. qꝫ aliqō v̄bum apud logicū sit categorematicū z aliquod syncategorematicū. q ō sic ꝓbať. ℳam ista. homo est significat homi-

ℳri⁹ opio. Oē v̄bum apō logicū cōiť vsitatū ē categorematicuz

Scōa opinio: qꝫ oē v̄bū est puꝛ syncategorema.

Actus cōplexiuus.

Actꝰ diſiuꝰ

3ª opinio. Aliqō v̄bū ē categorema. aliqō syncategorema.

nem esse.ꝛ nō rōne subiecti nec p̄dicati p̄cise nec rōne copule. Sꝫ ratione copule:ꝛ cū hoc subiecti ꝛ p̄dicati sit.igit. Scōm motiuū. Nam ille terminus est:in illa oratione.homo est animal.nullā rem significat:sed soluꝫ aliq̄liter significat.vt patuit supra in auctoritate Aristotel. Si est qdem ꝛc.ergo vna pars vera.Sed q̄ aliquod sit categorema sic patet. Quia sic dat terminus nominalis significās categorematice oēm rem mundi.sic etiā dat terminus v̄balis.vt ly est in illa.homo est.¶Arguit. Ille terminus est in illa oratione homo est animal.est categorema.igit dicta falsa. Assumptū p̄batur:q̄ est substantiuū apud grammaticū.ꝯ significat purā essentiam rei. tenet ꝯsequentia p̄ diffinitionē verbi substantiui.Confirmat.Nullum syncategorema est nomē apud logicū.ꝯ etiam nullum syncategorema est verbum apud logicū.tenet ꝯsequntia ex similitudine.¶Ad p̄mū rndet concedendo q̄ sit v̄bum substantiuū.sed negetur ꝯña.nec est diffinitio verbi substantiui completa:sed in fine debet addi.vel est v̄bum significās pure cōplexiue vel diuisiue.ꝛ sic est de illis duobus v̄bis est ꝛ non est.¶Ad secundum respondetur negando ꝯsequentiā.ꝛ hec est diuersitas.quia ad hoc q̄ aliquid sit nomen apud logicuꝫ requirit q̄ natuꝫ sit esse suppositū.nulluꝫ aūt syncategorema sic se habet q̄ esset suppositū.qz nihil significat substractiue.Sed ad hoc q̄ aliqd̄ sit verbuꝫ apud logicū:sufficit q̄ natū sit eē appositum.Ad esse aūt appositum nō requirit q̄ significet aliqd substractiue:quia purū syncategorema bene est appositum. ¶Contra illam particulam cum tempore.Arguit.Si verbū significaret cum tempe.vel significaret cuꝫ tempore seipso vel significaret cū tēpore per cōceptus tēporales sibi aut extremis superadditos.¶Pro illo est notandū q̄ de materia ist⁹ argumenti sunt tres opiniones.due mīus ꝑbabiles.Quarum vna tenet q̄ verbū significet cū tempore p̄ cōceptus tēporales sibi superadditos.Alia tenet q̄ significet cū tempore p̄ cōcept⁹ tpales superadditos extremis.Et qa ille due vie nō sunt ꝑbabiles:de eis dicere nō curro.Est igit tertia opinio ꝛ cōmunis que dicit.q̄ verbū significet cum tpe seipso.ita videlicet q̄ v̄buꝫ significare cum tpe illo.est ipsum ꝯnotare accidentaliꝫ grāmaticaliter ꝛ minus p̄incipaliter temp⁹.vt ly est in ista.hō est aīal.significat cū tpe p̄senti: secluso quocunq̄ cōceptu tēporali.¶Sed diceres.quō tunc verbum est absolubile a tēpore.Respōdet q̄ exquo multiplicia sunt v̄ba.Quedā mentalia.quedam vocalia.quedam scripta.quedam significando ad placitum cum tempore.quedam naturaliter.ideo oportet diuersimode dici de eis. Dico ergo primo q̄ verbuꝫ vocale cū tpe ad placitū significās ex ipositione absolubile est a tpe isto mō.qz exq̄ ꝯnotat tēp⁹ ad placitū:tunc si cōmunitati placeret posset ipsum a tali ꝯnotatione remouere.Scōo q̄ v̄bū mentale naturaliꝫ proprie ꝯnotans tēpus prope nō est absolubile a tēpore sed improprie.vt sic:qz dat vnū verbū vocale vel scriptū quod est secū synonimū in modo significandi formali p̄ncipali ꝛ essentiali qō nō connotat tps. ¶Ex isto patet q̄ ꝓpositio contingens p̄ absolutionez copule a tēpore erit necessaria.vt illa.hō est currēs:est cōtingens put copula importat tempus. Et tamen si copula absoluit a tempore:ipsa erit necessaria.Et ecōuerso propositio contingens p̄ absolutionem copule a tēpore potest fieri impossibilis.vt patet de ista.Homo nō est currens q̄ est contingens put copula importat tēpus.ꝛ tamē si copula absoluit a tēpore ipsa erit impossibilis.Nam

Arguit p̄.

Secundo.

Rñ.ad p̄m

Ad secūdū

Arguitur.

Quō v̄buꝫ significet cū tempe.

Quō v̄buꝫ pōt absolui a tēpore

Regula.

datur cõmunis regula. q; omnis ꝓpositio affirmatiua categorica cõtingẽs vbi ꝑdicato nõ additur ſpeciale ſignũ. ⁊ vbi ꝑdicatũ eſt ita cõmune ſic ſubiectum: vel cõmunius ꝑ abſolutionem copule a tpe erit neceſſaria. Et oĩs negatiua erit impoſſibilis. ¶Arguit cõtra illã particulã. cuius nulla pars ⁊c. Si illa particula ſtaret: tunc nullũ verbũ adiectiuũ eſſet verbũ apud logicum. Aſſumptum ꝓbat. quia quodlibet tale eſt cõplexũ. Aſſumptũ ꝓbatur quia cuilibet tali correſpondet aggregatum ex ſuo participio ⁊ verbo ſubſtantiuo. igit quodlibet tale eſt cõplexum. tenet cõſeq̃ntia ꝑ diffinitõ cõplexi. Sed aſſumptũ ꝓbatur. q; quodlibet vbum ſignificat cõplexiue. ⁊ cum hoc ipoꝛtat actum verbalem. ⁊ ſic ſignificat categoꝛematice ⁊ ſyncategoꝛematice. q duo modi ſignificandi nõ poſſunt includi in eodẽ modo ſimplici. ¶Confirmatur. contra iſtam particulã: recta. Infinitiuus eſt verbum apud logicum vt ſic captus: ergo particula fruſtra. Aſſumptũ ꝓbatur. quia infinitiuus eſt appoſituꝫ alicuius ſuppoſiti: conſtituendo ſecuꝫ ꝓpoſitionẽ veꝛã vel falſam. Aſſumptum ꝓbat de infinitiuo in tali vel conſimili oꝛione Sortem poſſibile eſt currere. ſortem poſſibile eſt eſſe animal. ¶De materia primi argumenti ſunt due opiniones. ¶Prima tenet q; omnia verba adiectiua ſunt cõplexa ex proprijs participijs vel accõmodatis vl circũlocutis. ⁊ ex vbo ſubſtãtiuo ſecũ eiuſdez temporis: numeri: pſone ⁊ modi. vt ly currit ꝑm iſtam opinionem valet tantũ ſicut eſt currẽs. Et ſic eſt complexum eſt proprio participio. De accõmodatis. vt ſunt vba carentia ptiçipijs proprijs. vt aſſum: deſum: inſum. in quibus debet ſumi ptiçipiũ ſynonimũ. De circũlocutis. vt amat valet tantũ ſicut ens quod amatur. q; verba paſſiua nõ habent participia pſentis tẽporis. Et iſta opinio habet iſtud motiuuꝫ ꝓ ſe. q; ſi vba adiectiua nõ eſſent cõplexa: tũc ſequeret q; nulla ꝓpõ categoꝛica de vbo adiectiuo eſſet cõuertibilis. q; talis non eſſet ꝓña formalis vt patebit de cõuerſionibus. Et ꝑm iſtã opinionem oia vba ſiue pſonalia ſiue impſonalia ſunt complexa. ſic ly eſt captũ categoꝛematice eſt cõplexũ. Et ſic ſolũ duo ſunt vba apud logicũ. ſ. eſt ⁊ non eſt. ¶Contra iſtã opiniones arguitur. Si verba eſſent complexa ſeq̃ret q; nullus vbuꝫ eſſet in ꝑdicamento quod eſt contra pꝑm qui ponit duo ꝑdicamenta ꝓpter vba. actionis videlicet ⁊ paſſionis. Etiã ſeq̃ret q; vbũ ſubſtãtiuũ eſſet cõplexũ. ⁊ ſic nullũ eſſet verbũ apud logicũ. Eſt igitur alia opinio ⁊ cõmunis que tenet q; vba adiectiua ſunt incõplexa. ita q; eis nõ correſpondet participiũ ⁊ cum hoc verbum ſubſtantiuũ. Et ꝑm illã opiniones vbuꝫ adiectiuũ in ꝓpoſitione poſitum ⁊ non reſtrictũ eſt copula ⁊ cũ hoc predicatũ. vt patet. Conſequenter notandũ q; ꝑm illaꝫ opiniones ꝓpoſitiones de vbis adiectiuis q̃ ſunt copule principales proprie nõ ſunt conuertibiles ſz reductiue: vt patebit de conuerſionib⁹. ⁊ ſic facile ꝛndet ad argumẽtũ ꝑm diuerſitatem opinionuꝫ. ¶Ad ſcõm argumentũ ꝛndetur negãdo q; infinitiu⁹ ſit vbuꝫ apud logicum Et ad ꝓbationẽ reſpondetur q; nec ly eſſe nec ly currere in ꝑdictis locutionib⁹ ſunt vba apud logicũ. q; illa ptícula recta non cõuenit eis. Et ſz qlibz illoꝝ infinitiuoꝝ in ꝑdictis ꝓpoſitionib⁹ ſit ꝓncipale vbum: nullus tñ infinitiuoꝝ eſt principalis copula. Sed ly eſt: eſt principalis copula ex adiuncto tal' infinitiui. nullus tñ eoꝝ cũ ſuppoſito facit ꝓpoſitionẽ tanq̃ copula.

Arguitur ꝑ

Secundo

Rñ. ad ꝑm Q; verba adiectiua ſtcõplexa

Scda opio q; vba adiectia ſunt incõplexa

Ad ſcõz argumẽtũ reſpondetur

Alias autem partes logicus appellat ſyncate-

gorematicas.

Duplex est syncategorema.

¶Dico ista littera est notãdũ q ipa de rigore est falsa. qz multe partes orationis alie sunt q̃ sunt categorematice vt aduerbiũ iteriectio ꝛc̃. ¶Est g̃ ꝑ lrã sciendũ q duplex est sincategorema. s. in predicando ꝛ significando. Syncategorema in ꝑdicando est illud qđ non est nomẽ vel v̄bũ apud logicum. ꝛ sic capit ¶De.his. in lra. Sed syncategorema in significãdo est illud qđ nec ꝑcat aliquid vel aliqua ſz aliq̃liter. ꝛ de tali nõ est locut⁹ ¶De.his. Voluit g̃ ¶De.his. tãtuz. Logic⁹ nõ cõsiderat de aljs partibus orationis q̃z de nomine ꝛ verbo. qz solum tales valent ad constituendũ ꝓpositionẽ simpliciter primã. ſz alie partes oratiõis nec sunt subiectũ nec ꝑdicatũ: nec copula ꝓpositionis simpliciter p̃me.

Oratio est vox significatiua ad placitum: cuius partes separate significant. Hoc totuz aggregatum ponitur ad differentias ꝛ nominis ꝛ verbi quorum partes separate nihil significant. Relinque vero particule ponuntur hic eadẽ ratione qua in nomine ꝛ verbo.

Dio est triplex Cõplexum vocale

¶Dico ista lra est notãdũ. q triplex ẽ oio. vocalis videlicet scripta ꝛ mẽtalis Dio vocalis est cõplexũ vocale qđ est oio. vt ista vox. hõ est aial. ¶Corollariũ. aliud est dicere. lẽ est cõplexũ vocale ꝛ lẽ est cõplexũ vocal⁹. Naz oẽ id vocat cõplexuz vocale qđ est vox vel voces. ꝛ cui apud mentẽ corr̃ndet cõplexuz nõ curãdo an tal sit vna dictio vel plures. vt ly chimera est cõplexũ vocale. ¶Sed illud dicit cõplexũ vocaliter qđ in voce est aggregatum ex pluribꝰ dictionibꝰ. ꝛ cui apud mẽtẽ corr̃ndet cõplexũ. ꝛ sic ly chimera ñ est cõplexũ vocaliter. Sic ille termin⁹ a ſiponeret ad significandum synoníme. cũ illa. hõ est aial tunc esset cõplexũ vocale ſz nõ vocaliter. ¶Sz oio scripta est cõplexũ scriptũ qđ est oio. Sed oio mẽtalis est cõplexũ mẽtale qđ est oio.

Oio large Oratio stricte

¶Ulteri⁹ notãdũ q ille termin⁹ oio capit dupliciter. large ꝛ stricte. Large capit ꝓ omni cõplexo: siue eius ptes sint imposite ad ꝑcandum siue nõ. Et sic ibi est oratio. bu est ba. ¶Stricte aũt capit ꝓ q̃libz complexo qđ ꝑm se totũ est impositũ ad significãdũ. vel cui⁹ quelibet pars est vna integra dictio que est imposita ad significandũ. Exempluz primi chimera.

Intellect⁹ diffinis oiois cũ ꝺclaratiõe.

Exẽplũ scdi. hõ est aial. ꝛ sic illa oratio. bu est ba nõ est oio. ¶Debet g̃ diffinitio sic intelligi vna cum diffinitio. Oratio vocalis stricte capta est vox ꝑcatiua ad placitũ. i. est vox q̃ est ꝛ apta nata est significare ex impositiõe facta ꝑm se totã: vel ꝑm eius qualibet partẽ dictionalẽ. cuius ptes ꝛc̃. cui apõ mentem corr̃ndet cõplexũ. Dicit ꝓ diffinitio. oratio vocal⁹ stricte capta: ad excludendũ orationes scriptas atqz mentales etiã large captas que nõ sunt orationes iuxta illã diffinitionez. ¶Dicit ꝓ genere diffiniti. est vox. ibi dicunt alig q debeat absolui a numero. vt valeat. i. vox vel voces. quod non videtur de necessitate fieri. imo oĩs oratio vocali est vna vox. qz omnis oratio vocal⁹ aut proferẽ sine ĩterruptione tpis. ꝛ sic est vna vox simpliciter. aut cum interruptione tẽporis. ꝛ sic est vna vox aggregatiua. ¶Nec valet ꝓña ista oratio vocal⁹ nõ est vnũ. g̃ nõ est vna vox. nec arguit a superiori negato

ad inferi⁹. qz arguiť a dicto simpliciter ad dictū ꝑm quid. ⁊ talē ꝓsequētiam nō oportet valere. Dicit post hoc ꝑm se totā. ad includendū illos terminos vocales: chimera: surdus: paup. q ꝑm se impositi sunt: ⁊ sunt orationes. Dī vel ꝑm ei⁹ quālibet ⁊c. ꝓpter tales oīones. homo est aial. homo est asinus que non sunt impōsite ad significandū ꝑm se vna impositione: sed ꝑm duas dictiones. ¶Et dicit notant dictionalē. qz ad hoc q aliquid sit oratio vocalis nō oportet q̄ quelibet eius pars sit imposita ad significandum. quia syllabe ⁊ littere etiā sunt orationis partes: ⁊ tamē nō sunt impōsite ad significandū. ¶Dicit. cui corrñdet cōplexū. Et sic patet q̄ ille termin⁹ canis nō est oīo: siue capiať ad vnū conceptū siue ad duos. siue ad tres. Nam si capiť in ordine ad vnū ꝓceptū: tunc sibi correspondet solū incōplexū. vt animal latrabile. vel sidus celeste. vel belua marina. quoruz ꝓceptuum quilibet est incōplexus ⁊ simplex. ⁊ eius valorē exprimimus ꝑ tale complexuz. Si autem capiť ad duos vel tres ꝓceptus: tūc licet sibi correspondeāt plures cōceptus: tamē isti nō faciunt complexū. qz non habent se adinuicem vt determinatio ad suū determinabile. Etiam ponunt isti cōcept⁹ in mente iconiūctim: sic q̄ nō cōiungunt ꝑ aliqd̄. Sic etiā de illo termino vocali hō: capiēdo ipm in ordine ad duos concept⁹. videlicet absolutū ⁊ ꝓnotatiuū. tunc nō est oratio. qz isti duo ꝓcept⁹ nō determinat se. ¶Sed diceres. An ergo tales termīn sic capti ad duos conceptus diuersos sint complexi. Rñdeť q̄ nullū illoz. vt patet ex diffinitionibus. ¶Cōtra. Omis termin⁹ debet esse complexū vel incōplexū. ergo rñsio mala ꝙa bona: sed assumptuz ꝓbatur ꝑ regulaz antepdicamentalez seu diuisionez. Eorū que dicunt: q̄dā cū cōplexione dicunt. q̄dā vō sine cōplexiōe. Rñr q̄ hoc nō est verum vniuersaliter. sz ibi capiť ly terminus ꝑ illo qđ natū est igredi orationem vt sic. mō capiēdo illos terminos taliter. tūc nō faciunt orationē sz faciūt orationes plures. Nō omis oīo plures est oīo incōgrua. Et nō valet ꝙa. ꝫ est oīo plures. ḡ ꝫ est oratio. nec arguiť a pte in modo ad totū. qz ꝫ totū oratio plures est vnū nomē cōpositū ex recto ⁊ obliquo. Est tñ verū q̄ glibz illoz terminoz equoce captoz etiā est incōplexū. in aliquo ei⁹ modo significādi. videlicet capiēdo quālibet illarū ad vnū ꝓceptū tñ. ¶Cōtra diffōnē arguitur. Si diffinitio staret sequereť q̄ quilibet obliqu⁹ esset oratio. ⁊ pono q̄ actus obliquantes sint ponendi. Assumptū ꝓbať. quia glibet talis est complexū. ꝓbať qz cuilibet tali corrñdet actus obliquans ⁊ ꝓceptus vel actus si talis obliqu⁹ esset syncategorema. ¶Cōfirmať sequereť q̄ ista oīo hō est animal nō eēt oīo. assumptū ꝓbať qz hoc totū nullus imposuit ad significandū. ¶Cōfirmať. Sequereť q̄ illud aggregatum nō esset oīo bu est ba. ꝙa falsum est qz est ꝓpositio. ergo est oratio. tenet ab inferiori ad superi⁹. ¶Ad ꝑmum argumentū admissa suppositiōe tanqz falsa negeť assumptū. Et ad ꝓbationē cōcedať q̄ cuilibet tali correspōdet actus ⁊ ꝓcept⁹. vel duo actus etiā habentes se ad inuicē vt ⁊c. ⁊ negeť ꝙa. q̄ ḡ glibet talis sit cōplexū. qz admissa ista suppositiōe tunc in diffinitiōe cōplexi debet poni ista ptīcula q actus nō ꝑuenit rōne accidētis grāmaticalis mō actus tales ꝑueniūt ratione accidentis grāmaticalis. Ista tñ suppositio est falsa quia nihil sunt actus obliquantes neqz ponunt. ¶Ad scām argumentū rñdeť. negando assumptū. Ad ꝓbationem dicať q̄ licet ista oratio hō est anial vel ꝙsilis nō sit ꝑm se imposita ad significandū vna impositione tñ ipsa est imposita ad signifi-

An equo⁹ sit cōplexū vl i cōplexū. Rñsio. Objicit. Soluit.

Argr ꝑmo

Secundo

Tertio

Rñ. ad ꝑmuz argm.

Ad scām

Ad tertiuz candum ꝺm suas ptes ꝛ ꝫ sufficit. ¶Ad tertiū rnr. ꝓcedēdo assumptū. ꝛ ad ꝓbationez negek ꝓña capiendo oratione sicut in ꝓposito debet capi. Nam in ꝓposito capit stricte. Sed in diffone ꝓpositionis capit large. nec vt sic arguit. ab inferiori ad superius vt patet intuenti.

Orationuz alia perfecta alia imperfecta. Perfecta oratio est illa que perfectum sensum generat in animo auditoris vt homo currit. Imperfecta est illa que imperfectum sensum generat in animo auditoris. vt albus asinus.

Intellectꝰ diuisionis ¶Circa lrā est notandū. q diuisum pītis diuisionis est ꝫ totū. Orationū vocaliuz stricte captaz. Sz mēbra diuidētia sunt oio vocal' pfecta stricte capta ꝛ impfecta. Sed signa diuisiua sunt alia ꝛ alia. Est ergo sensus pītis diuisionis. Orationū vocaliū stricte captaz. i. de numero oionū alia. i. q̄dā est oio vocal' pfecta stricte capta ꝛ alia. i. ꝛ illa q̄ i certo eiꝰ mō ꝑcādi nō est oio vocalis pfecta stricte capta est oio vocalis impfecta stricte capta. Et sic mēbra diuisiōis coīcidūt i re. i. supponūt. ꝓ eadē re. qz eadē oio vocal' est pfecta ꝛ impfecta ī diuerſ eiꝰ sensib'. vt ꝑz de ista. pī mea ſz nō coīcidūt i rōne qz nō sūt termini synonimi. ¶Secdo ꝓ diffinitionib' est notādū. q ipse solū danf de oionib' vocalib' vt ꝑz ex illa ꝓticula in aio auditoꝝ Sz ꝓ illā ꝓticulā nō excludit ois oio scripta vl' mental' de rigore. nā stat bñ q oio scripta ēt generet pfectū sēsuz in aio auditoris qz stat q idē terminus sit in aio auditoris visoꝝ vl' ꝙcipiētis vt si sortes videret illā ꝓpōnē. hō est aial scriptū ꝛ ꝙcipet eiꝰ mētalē ꝛ cū ꝫ audiret illā vocalē hō est aial. tūc animꝰ ipiꝰ sortis eēt animꝰ auditoris qz audit istā vocalē. Et etiā est animus visoris qz videt istā scriptaz. Et etiā est animꝰ ꝙcipiētis qz in ordine ad istā mētalē. Et in tali casu q̄libet illarū oionū generat pfectū sensuz in aio auditoris. Sz ad cōe dictū q̄ dī q oio scripta vl' mētal' nō generat pfectū sensuz ī aio auditoris. Dī q ꝺz sic ītelligi

oratio perfecta vocal' q oio scripta vl' mētal' nō audit vt sic. Dz ꝯ diffinitio sic ītelligi vna cū diffinito ¶Oio vocal' pfecta stricte capta est oio q̄ pfectū sensuz gīat i aio auditoris. i. q̄ ex ꝑcatiōe quā actu hz ꝛ ex se nata est gīare pfectū sensuz ī aio auditoris. Et dī ex se ꝓpter ly Ata: in tali vel ꝑsili oione fuisti in scholis rndendo ita. ītā ly ita nō est oio pfecta. licz enī generat pfectū sensum tū hoc non est ex se sed ex bonitate intellectus. qz natural' inclinat ad verū. Sike est in tali oione q̄rēdo a q̄dā iuuene. gd portas. ꝛ ipse rndet. ego portat vinū. hoc totū ego portat vinū nō est oio pfecta: lz generat pfectū ꝛc. tū ꝫ nō est ex se. Dī nata generare. ad includēdū oiones in libris clauſ positas: circa q̄s nemo

Oratio pfecta in gīe aduertit. Et illa diffinitio solū ꝙuenit oioni vocali. Sz oio pfecta in genere Est oio q̄ ex se ꝛ significatione quā actu hz nata est generare pfectū sensum in aio auditoris vl' visoris vel ꝙcipiētis. vel est met tal' pfectꝰ sensus. ꝓ imū dī ꝓpt vocalia. scdz ꝓpt scpta. vltimū ꝓpt oiones mētales. ¶Dico q̄ est

Perfectus sensus sciēdū q pfectꝰ sensus est. q̄ apphēso ꝛ itellecto qs plene scit ꝛ itelligit qd ꝓferens aut scribēs aut ꝙcipiens vult vel intendit. Corollariū. Sola ꝙstructio suppositorialis ꝛ oio mētal' est pfecta. ꝓmū ꝑz. scdz sic ꝓbat de tali voce. sortes q currit. q̄ est ꝙstructio suppositorialis: ꝛ tñ nō est pfecta. Sz cōe dictū grāmatico ꝝ ꝺz sic ītelli-

gi. Dis oio suppositorial' de vbo idicatiui mõi q̃ nõ ẽ nata reddere suppositũ alteri vbo Et q̃ est oio ꝯgrua tal'ẽ oio pfecta. Dr q̃ nõ ẽ nata reddere ꝛc. ad excludẽdũ talẽ. sortes q currit vl' ꝓsilez. qz ꝫ totũ sortes q currit est natum reddere sup. vbo. vt dicẽdo sic. sortes q currit mouet. Lozollariũ. Omnes ille sunt oiones pfecte. qs currit. vtrũ hõ sit al'. lz sint oiones q̃stiue. ¶ Sz oio ipfecta est oio vocal' q̃ ex significatiõe quã actu hz ꝛ ex se nata est generare impfectũ sensũ in aio auditori. Siẽ cõstructiões adiectiuales ꝛ oẽs alie cõstructiões ꝯgrue q̃ nõ sũt suppositoriales. Itẽ impfect⁹ sensus est sensus quo apphẽso ꝛ itellecto nõ scit plene ꝛ certe quid scribẽs vel pferẽs vel ꝯcipiẽs vult vel intẽdit vt q̃libet oio mẽtalis nõ suppositorial' dr impfectus sensus.

oio ipfecta

Impfect⁹ sensus

Orationũ perfectarum alia indicatiua vt hõ currit. Alia imperatiua vt petre fac ignem. Alia optatiua vt vtinam eẽm bonus clericus. Alia ꝯiunctiua vt si veneris ad me dabo tibi equum. Harum autẽ orationum sola indicatiua dicitur esse propositio.

¶ Pro illa lra est notãdũ. q̃ diuisum pũtis diuisionis est hõ totũ. Orationũ pfectarũ vocaliũ stricte captarũ. Sed mẽbra diuidẽtia sunt oio vocalis pfecta indicatiua. oio vocalis perfecta imperatiua ꝛc. Sed signa diuisiua sunt alia ꝛ alia. Sic facile pz quõ littera debet poni ad formã diuisionis. ¶ Nota tandũ est q̃ q̃ oratio vocalis pfecta indicatiua. est oratio pfecta. cuius verbum ꝓncipale est indicatiui modi. Simili modo describant alia mẽbra. Et illud dicit verbum ꝓncipale q̃d est ꝓncipale appositũ respectu suppositi ꝓncipalis. Lozollariũ. Ille nõ sunt oiones pfecte indicatiue. curro viã. lego lectionẽ. qz nõ sunt pfecte neqz valent tantuz. Ego curro viam. ego lego lectionẽ. ¶ Nam verbo ꝓme vel secũde psone nõ correspõdet ꝓnomẽ ꝓme vel secũde psone. Sed ad cõe dictũ grammaticoꝝ qui dicunt in omni verbo ꝓme vel secũde psone includat suppositũ. Dicendũ est q̃ ipsi nõ volunt q̃ verbo ꝓme vel secũde persone correspõdeat pronomen ꝓme vel secunde psone. Sed volunt tantũ q̃ quilibet verbũ ꝓme vel secunde persone ad ꝓstituẽdũ ꝓpositionẽ cũ supposito tunc nullũ aliud suppositum habet nisi ly ego vel ly tu cũ ꝯdeclinijs. ꝛ hõ ꝓpter defectũ suppositoꝝ ꝓme vel scde psone. nã licz vocatiuus nominalis reddat suppositũ vbo nõ tũ facit propositionẽ cũ vbo. Nã ibi nõ est ꝓpositio petre curri q̃ est oio suspẽsiua. Sunt tũ tales oiones curro viã ꝛ silles impfecte ꝯgrue ꝛ indicatiue. Ex isto tunc pz. q̃ nõ ois oio indicatiua est pfecta. Lozollariuz. Eadem oio est indicatiua impatiua optatiua ꝯiunctiua ꝛ infinitiua. pz de tali oione vel ꝓsimili. tu legere. Lozollariuz. tales vel ꝓsiles oiones. de currere. vel vtinã curreres. ꝛ te currere vel sortẽ currere. in qb⁹ ponunt plura vba ꝓncipalia diuersoꝝ modoꝝ illa nõ denominant ab vno taliũ vboꝝ sz ab oib⁹ sil. Et sic ꝓma nõ est indicatiua sz est impatiua ꝛ optatiua copulatim. Lozollariũ. diuisio de. his. intelligit de oione pfecta q̃ habet simplex verbũ ꝑ copula ꝓncipali. Lozollariũ illa nõ est oio infinitiua. Ego volo legere qz licz ibi ponatur verbũ infinitiui modi tñ illõ nõ est verbũ ꝓncipale. imo nec illa est infinitiua. ego volo sortẽ legẽ. nã adhuc ly legere est verbũ impsonale. ꝛ tãtum de textu ꝓsenti.

Oio perfecta idicatiua

Curro viaz lego lectionẽ nõ sunt oiones pfecte neqz ꝑ positiones

¶ Sequitur de Propositione.

p Ropositio est oratio verum vel falsum significans indicando.

Diffō ppositiōis de rigor ñ valet

¶ Pro isto textu est notādū: qp ipse vt ponit nō est diffinitio qr nō exprmit conuertibiliter id qō p diffinitū significat qr diffinitū conuenit ppositioni mentali. diffinitio aūt nō. sz solū conuenit vocali ⁊ scripte. Et hoc propter istā particulā significare verū vel falsum qr capiendo illos terminos ppie tunc sola propositio vocalis vel scripta significat verum vel falsum. Corollarium in ppōsito solū fit mentio de propositione a nobis formabili. ⁊ sic dominꝰ deus nō est ppositio vt in ppōsito.

Significaꝛ verum Significaꝛ falsum

¶ Ulterius est notandum. qp significare verum est subordinari mentali ppositioni vere. Sed significare falsum est subordinari mentali propositioni false. modo vocalia ⁊ scripta subordinantur mentalibus ⁊ nō econuerso. Et sic patet qp ille terminus significare non capitur p illo qō imutat potētiā cognitiuam. sicut dicimus illum terminū homo significare omnes homines. Sed capitur vt valet tātū sicut subordinari. Diffiniendo tamen. ppositionem in genere vt sic extēdat se ad propositionem vocalem scriptam ⁊ mentalem.

Diffō ppositiōis i gñe

¶ Propositio est oratio vere vel false significans propositionaliter. Tunc significare verum ⁊ significare vere debēt capi pro eodem. sic etiam significare falsum ⁊ significare false ita qp ly verum exponatur aduerbialiter id est vere. falsum idest false. Item ille terminus ppositio capitur pro termino secunde intentionis. hic p ppositione vocali vel scripta. Similiter verum vel falsum etiā capiūtur pro terminis secūdarum intentionū.

Ueritas

¶ Unde veritas in ppōsito est adequatio rei ad intellectū. Nam sicut res est sic intellectus ꝛcipit Et veritas est in ppositione vocali ⁊ scripta repꝛesentatiue vel significatiue. Sed in mētali ppositione est identice. sed in rebus est obiectiue vel causatiue.

Intellectꝰ diffōnis p positionis.

¶ Debet ḡ diffinitio sic intelligi ppositio est oratio verum vel falsum significans id est vere vel false significās indicando. Et ille terminus oratio large. Et sic ibi est ppositio hu est bą. Dicitur vere vel felse significās.

Propōnis ꝟcat vere Propō ꝟcat false

¶ Pro quo est sciendum. qp significare vere est ppositionē se sic habere qp sic esse sicut per eaz significatur esse ꝟm eius significationem totalem ⁊ ppositionalē ita est: vt homo est animal. Sed illa ppositio significat false q̄ sic se habet qp sic esse: sicut per eam significatur esse ꝟcatione totali ⁊ ppōnali ita nō est. vt homo est asinus. Corol. In talibꝰ diffinitionibꝰ ly esse nō iportat tēpus sed debz absolui a tempoꝛe. vel importare intrinsecaz deriuationez rei. ⁊ sic iste vel cōsimiles. homo fuit animal. hō erit animal. Homo nō est asinus etiam significat vere. quia si capetur vt importaret tēpus. tunc diffinitiones ꝑdicte solum conuenirent propositionibꝰ de presenti affirmatiuis ⁊ de ineſſe. Et tunc diffinitum debet esse hoc totū. ppositio categoꝛica affirmatiua de ineſſe ⁊ de presenti vere significans. Et ly ita in predictis diffinitionibꝰ capiꝫ p termino secūde intentionis. ⁊ valet tantū sicut res taliter se habens.

Si sortes curreret sortes moueret.

¶ Corollarium. ibi nō est propositio. si Sortes curreret sortes moueretur. ⁊ sic de alijs. quia nulla illarū significat vere vel false. nec sunt cōsequentie bone neq; male: quia non sunt ppositiones. imo nulla oratio cuius verbum principale est finiti modi ⁊ non est indicatiui modi expꝛesse vel implicite: vt sic est ppositio. Et dico notanter. cuius verbū ꝓncipale est verbū finiti modi. qr dicendo sic: homo est animal. ⁊ absoluendo ly. est a modo: tūc adhuc est ibi ppositio. tñ verbū eius nō est indi

catiui modi.q; vt sic nulli⁹ est modi.nec oportet iã:q; neq; est finiti modi. ¶Arguit.Si diffinitio staret:sequret q; ibi esset ꝓpositio.hominẽ esse animal.¶Assumptũ ꝓbat.q; est oratio verus vel falsum significans. assumptum ꝓbat:quia significat hominem esse animal ⁊ ita est.⁊ ita etiã significat ista homo est animal.g̃ est ꝓpositio.tenet ꝓña.q; ꝓpter hoc illa ꝓio.homo est animal est ꝓpositio.quia significat homiem esse aial. ¶Confirmat. Si diffinitio staret sequeret q; hic nõ esset ꝓpositio. ¶Petre curre.ꝓseqns falsum. Et falsitas conseqntis ꝓbat.q; hic est ꝓpositio. ¶Petrus currit.g̃ etiã ibi. ¶Petre curre.tenet ꝓña.q; ille due orationes sunt synonime in modo⁹ significandi formali principali ⁊ essentiali. ¶Ad primũ argumentũ respõdetur negando assumptũ.⁊ ad ꝓbationẽ põt responderi sub distinctione. Quia hoc cõplexus:hoiez esse aial potest capi multis modis. ¶Nam vno mõ põt capi aduerbialiter:quod tñ nõ est cõsuetũ:put videlicet exp̃mit modũ significandi illius ꝓpõnis.hõ est aial.Et sic ad argumentũ negetur q; significat hoiem esse aial si est simplex aduerbiũ ꝑ quod exp̃mit modus significandi istius:hõ est aial.Si aũt capit nõ aduerbialiter.⁊ ly esse capit psonaliter ꝑ existere:tunc ꝯcedat q; significet⁹ hominẽ⁹ esse aial.i.hominẽ existere aial. Sed ex illo nõ sequitur q; ergo sit ꝓpositio.Ex quo patet q; illa oio. homo est animal significat hoiem esse aial capiendo hoc totũ hoiem esse aduerbialiter.nec ex hoc sequit q; illa oio.hõ est aial sic aduerbialiter significet. ¶Sz quõ sit imaginabile q; vnũ simplex aduerbiũ.videlicet hoiem eẽ animal possit exp̃mere modũ significãdi totiꝰ ꝓpositionis. Est dicendum q; bene est imaginabile.nam sicut ly vere exp̃mit modũ significãdi oiuz ꝓpositionum verarũ.⁊ ly false oiuz ꝓpositionũ falsarũ.Sic etiã dabile est aliqd aduerbiũ ꝓtentũ sub ly vere:qõ exp̃mit modũ significãdi ꝓpositionis vere : modo tñ specialiori.⁊ hoc nõ repugnat.Et tamẽ ꝓbabilius dicendum ⁊ aliter q; illa oratio.homo est animal:non ex eo dicit ꝓpositio quia significat hominem esse animal.sed ideo quia significat q; homo est animal:⁊ indicatiue.⁊ ratione istius tũc significat vere. ¶Nam licet ista oratio:hominez esse aial significat hoiez esse aial:nõ tamẽ significat indicatiue.Et ꝓpter hoc tũc illa ꝓpositio.hõ est aial significat vere.⁊ illa:hominem⁹ esse animal:nõ. ¶Et tamen aduertendũ q; talis oratio:hominẽ esse aial ⁊ cõsimilis capitur dupliciter.Uno mõ materialiter ꝑ se ⁊ ꝑ sua indicatiua : imperatiua, optatiua:ꝓiunctiua ⁊ infinitiua.Alio modo psonaliter ⁊ ꝑm rei vitatem q̃ druplicit:⁊ ꝑm cõmunẽ modũ loq̃ndi solũ tripliciter.¶Nã q̃rtus modus est impropriꝰ ⁊ incõsuetus.vicz capiendo tales oiones aduerbialiter.eo q; nullus grãmaticoꝝ ponit talia aduerbia.¶Primo ergo capiunt tales orationes vt infinitiuꝰ exponit noialiter.⁊ sic ista.hominez esse:vel hominẽ currere valet tantuz.ens hois.secunda.cursus hois.Secũdo exponendo infinitiuuz ꝓticipaliter.⁊ sic hoiem currere valet tantum sicut hõ currens.Tertio modo capiendo infinitiuum verbaliter vt ꝯcretiue vel abstractiue. Quarto aduerbialiter impropꝛie.¶Est g̃ vltimate dicendum ꝓ rõne q̃re illa oratio. hõ est aial sit ꝓpositio:⁊ nõ ista.hoiem esse aial.q; ista.homo est animal hz modũ significãdi ꝓpositionalez rõne istiꝰ q; significat idicatiue.nõ ꝑcise ꝓpter hoc q; vbum est indicatiui modi.q; si vbuz absoluerẽ a modo adhuc esset ꝓpositio.⁊ tñ tunc vbuz nõ esset indicatiui modi.sz ideo:q; illa oratio significat indicatiue verbo non absoluto a modo.sic autẽ non significat ista

Arr. prio q; illa sit ꝓpositio. hoiez esse animal Scõo argr. de illa.petre curre.

Rñsio ad pmũ q; hoiẽnem eẽ aial capit dupr.

Quõ simplex aduerbiuz possit exp̃mere modũ ꝑcãdi totiꝰ ꝓpositionis.

Hoiez esse aial capit dupliciter.

Cur illa.hõ é aial:é ꝓpõ ⁊ non ista. hoiem esse animal.

oratio:hoiem eé aial.Nam licet etiã significet hoiem esse aia:nõ tñ indicatiue.Ex isto patet q magna est differẽtia inter illas duas.hõ est aial.z hoiez esse aial:etiã absoluendo ly est a modo.nã adhuc ista.hõ est aial est propositio z hoiez esse aial nõ est ppõ.¶Ad scõm rñdeť ꝯcedendo seqlã q ibi nõ sit ppositio Petre curre.Et ad iprobationez rñdeť negando ꝓñaz:z ad probationez ꝯcediť q sint orationes synonime in modo ꝑcandi formali pncipali z essentiali.Nec ex hoc sequiť q si vna istaꝝ est ppositio q relíqua.qz orationez esse ppositionem puenit solũ rõne modi significandi pncipalis z essentialis:ꝫ etiam penes modũ significãdi mínꝰ pncipalẽ z accidentalem z grãmaticalem.vꝫ penes modũ.nõ sic q ad hoc q aliq oratio sit ppõ requiratur q vbũ sit alicuiꝰ modi:sed sic q talis oio significet vere vel false. z hoc habet ex mõ significãdi minus pncipali z príncipali simul.vꝫ q vbũ sit indicatiui modi saltẽ est alicuius modi.ita q nõ sit absolutuz a mõ:tunc requiriť q ipsuz sit indicatiui modi.¶Ex isto patet q ly indicãdo bñ addi tur in diffinitiõe.exponẽdo ipsum saltez sic existẽs expsse vel implicite de vbo indicatiui modi.Et hoc qñ tale vbũ est alicuius modi z nõ est absolutũ a modo.¶Ex isto patet ꝓseqnter q nulla illarũ est ppositio.sitiens libenter bib eret.paup libenter esset diues.nec tales orationes significant vere. imo nec ista.Sitiens libenter biberet:valet tantum sicut ista.sitiens appetit bibere.nam verbo optatiui modi nõ coresspondet verbum indicatiui modi.nisi tale verbũ optatiui modi etiaz esset indicatiui modi.quia alias quodlibet verbũ optatiui modi esset eq ocum.Sic etiaz qua ratione verbo optatiui modi coresspõderet verbum indicatiui modi.eadem ratione ecõuerso cuilibet vbo indicatiui modi deberet coresspondere verbũ optatiui modi.Et si dicíť.tñ p tales oratiões ꝯcipiť vere.Rñdeť q hoc est verum. sed hoc non est ꝑcise ex parte illarũ orationũ:sed hoc est ex bonitate intellectus q naturaliter inclinať ad verũ.Et sic intellectus audiẽs talẽ oionem. sitiẽs libẽter biberet vel ꝓsilem format eius indicatiuã.nõ q talis sibi coresspõderet.sed ꝑpter bonitatẽ ipsius intellectus z eius naturalẽ inclinationẽ ad verũ talez ppositionez format.¶Item arguiť.Illa oratio.vtrũ homo est aial est ppositio:z tñ diffinitio ei nõ cõuenit.Assumptum ꝓbať.qz illa oratio significat vere vel false.assumptũ ꝓbať.qz pars eius significat vere vel falsẽ.g̃ totuz.qz q̃quid pars significat hoc totũ significat.¶Confirmatur. Sequereť q illa oio hõ est animal inq̃ntũ est ps illiꝰ oís hõ est aial nõ esset propositio.Assumptũ ꝓbať.qz nec significat vere vel falsẽ.ꝓbať.quia nõ significat moduz significandi totalẽ taliter qualr est.qz non hz modum significãdi totalez.Assumptuz ꝓbať.qz est ps alteriꝰ.¶Cõfirmať.illa oratio rex sedet est ppõ.z tñ diffinitio nõ ꝯuenit sibi.Assumptũ ꝓbať.qz non ꝑcat vere vel falsẽ.ꝓbatur.z ponat casus q lateat vos an rex sedeat vel nõ.Tũc arguiť sic.Ex vob dubio nõ ꝑcat ere.z ex vobis dubio nõ ꝑcat falsẽ.g̃ etiã ex vobis dubio non ꝑcat vere vel falsẽ.Tenet ꝓña.qz ad dubietatẽ copulatiue sufficit dubietas ambarũ partiũ.¶Confirmať.Vos dubitatis illam. rex sedet.g̃ habetis dubitationez illaz significare vere vel falsẽ.¶Ad ꝓmuz argumentũ rñr ꝯcedẽdo q ly nõ est ppõ.vtrũ hõ est aial.Et ad ímprobationẽ rñdeť negando q significat vere vel falsẽ.Et ad ꝓbationẽ.ps ꝑcat vere. g̃ totum.negeť ꝓña.Et ad ꝓbationẽ.qcquid ꝑcat ps rẽ.ꝯcediť ly.ꝫ nõ q̃litercunqz ps ꝑcat taliter totũ ꝑcat.qz ps talis ppositionis ꝑcat sic q est ppõ:

Rñr ad secũdũ q illa Petre curre non ẽ ppositio.

Indicãdo bñ addiť in diffinitiõe ppositiõis

Sitiẽs libẽter biberet nõ est ppõ

adiectiuum positū a parte subiecti includit substātiuū positum a parte p̄dicati. Sz ly fit cōiter solū in adiectiuis q̄ sunt noīa numeralia cardinalia. Cū est regula qñ nomē adiectiuū est numerale cardinale z ponitur a parte subiecti in ꝓpone exclusiua q̄ exponit̄ gr̄a pluralitatis. tūc includit substātiuuz positū a pte p̄dicati. ¶ Probat̄ hec regula. qz nisi ly fieret sequeretur q; ꝓpō cōiter negata deberet ꝓcedi vt illa. tm̄ duo sunt hoīes q̄ est falsa sicut res actu se hnt. Et tm̄ si p̄m aduersariū ly hoies esset subiectū. z ly duo hoies p̄dicatū ipsa esset vera. qz sic ly tm̄ de rigore faceret exponibilez gr̄a alietatis. z sic eius exponētes essent vere. vñ sic exponit̄ hoies sunt duo hoies. z nulle res que nō sunt hoies sunt duo hoies. Si aūt faceret exponibilē gr̄a pluralitatis. tūc etiā eēt v̄a: qz sequit̄ ex vo in bona ꝓña. qz sequit̄ bene. oēs duo hoies sunt hoies. ergo tm̄ hoies sunt duo hoies. tz ꝓña a collectiua ad eiꝰ exclusiuā exponibilem gr̄a pluralitatis. Alias ꝓpietates qōnis iudica sicut de alia ꝓpositione exclusiua. Est aūt qō ꝓpositio p̄gnans. ¶ Rñsio ad qōnez capiēdo ly tm̄ vt facit exponibilē gr̄a pluralitatis sicut de rigore fit: qz tā additur termino numerali. z capiēdo ly plures in eiꝰ exponēte ꝓprie. tunc qō vt ꝓponitur est vera: qz eius exponētes sunt vere. qz sic exponit̄. tres sūt spēs suppositionis communis: z non plures q̄z tres species suppōnis cōmunis sunt spēs suppositionis cōis: qz alique tres spēs sunt infinite spēs: qz sunt diuisibiles in ptes ꝓportionales. etiam p̄m lōgū latū z pfundū. mō infinitis nō sunt plura ꝓprie. ¶ Loquēdo aūt de spēbus mētalibꝰ solū z solum esset qō mētalis. z ly tres caperet pure adiectiue. z ly plures ꝓprie. tūc qō est falsa: z hoc tenēdum q; ꝓceptus nō sint intēsibiles z remissibiles: qz tūc plures q̄z tres sunt spēs z̄c. qz viginti vel decē. Si aūt ly plures capitur ímpropríe: z ly tres valet tantuz sicut tria entia tūc q̄stio est falsa. qz tūc infinitis bñ sunt pl̄a z plures q̄z tres sunt spēs suppositionis cōis. Sed ꝓcedit̄ ad cōem sensum p̄m ¶ Marsiliū vz tm̄ tres sunt termini secūdarum intēctionum in eoz modis modis significādis z̄c. Sed p̄m Albertuz Thomam de cluis negatur in toto. Sed ꝓceditur ad illum sensum tm̄: quattuor sunt termini secundarum intentionum z̄c. qz tales ponūt quattuor spēs suppositionis cōis. Que autez dicāt̄ plura alijs ꝓprie vel ímpropríe. vide in scḋa parte ꝓsequētiaz articulo tertio circa illud sophisma. tm̄ vnū est. ¶ Scōs sensus est capiēdo ly tm̄ vt faciat vnam exponibilem gr̄a alietatis p̄ter rigorem: z si ly tres capiāt pure adiectiue questio iterum est falsa: qz scḋa exponēs est falsa de duobus ꝓceptibus mētalibus. Si aūt capitur substantiue z conceptus sunt intēsibiles z remissibiles qō est vera. vnde in tali sensu sic exponitur. tres sunt species suppōnis cōis. z nulle res que nō sunt spēs suppositionis cōis sūt species suppōnis cōis. ¶ Tertius sensus est capiēdo ly tm̄. vt faciat vnā de exclusiuo extremo: z sic questio est vera. qz vt sic veritas eius attenditur penes eius p̄tacentez. Et sic ꝓpositio p̄tacens est que manet dempto signo exclusiuo. ¶ Corollarium. Species suppōnis cōis de quibus querit q̄stio sunt ille suppositio distributiua suppositio ꝓfusa tantum. z suppositio determinata. De questione p̄senti sunt due opiniones famose. ¶ Prima ¶ Marsilij. z eius sequaciuz qui dicit q; tm̄ tres sunt spēs suppositiōis cōis ad sensuz cōmunē. vicz tantuz tres sunt termini scḋaz intēctionū z̄c. z sunt ille tres. Suppositio cōis determinata ꝓfusa distributiua z ꝓfusa tantū. Et motiuū suum p̄mū est qz pctm̄ est fieri per plura qō pōt fieri per pauciora. Scōm q; entia

Regula.

Rñ. ad qō nem.

Secūdus sensus.

Tertiꝰ sensus.

Prima opio de spēbus suppōnis.

non sunt plurificāda sine necessitate. ¶Motiuū tertiū oīa pñt saluari nō ponēdo suppositionē collectiuā ergo. ¶Uñ no. qꝫ ꝑm ¶Marñ. ꝛ suos ista signa oēs quotlibet tñ. ꝛ alia adhuc sūt signa collectiua. sed nō faciūt suppositiones collectiuā. ꝛ sunt categorēmata. ꝛ ñ ꝓpones exponibiles sunt categorice. tūc nō sunt in pñto: qꝛ sunt complexa: ꝛ valēt tñ sicut maximus numerus. Si aūt exponibiles sūt hypothetice tūc predicta signa sunt ī predicamēto quātitatis ꝛ incomplexa ponūtur sub ly numerus vel sub ly multitudo. Et iterum ꝑm marsilicos illa propō vel ꝓsilis oēs apostoli dei sunt duodeci est indefinita. ꝛ hoc totum est subiectum oēs apostoli dei: ꝛ valet tñ sic maximus numerus apl̄oꝝ dei. Et sic nō ponit duplex vlis ꝓpō: sed tales ꝓpones hñt vniuersalizari ꝫ pacto oēs oēs apostoli dei sunt duodeci. oēs q̄libꝫ ptes sunt in ꝯtinuo. capiēdo ꝑmuꝫ ly oēs distributiue. Et itez ꝑm eos spēs suppōnis cōis distinguūt penes actus diuersos suppositiones diuersas faciētes ꝛ penes descēsuꝫ. ¶Cōtra illos segt. qꝫ descēsus nō eēt ꝯna formal. vt pꝫ de illo currēs ē asinus: ꝛ ista sunt oīa currētia. g ꝫ currēs est asinꝰ vl ꝫ currēs ē asinꝰ: qꝛ antiquū mediū valꝫ tñ. ista sūt maximꝰ numerus currētiū. mō in fili nō segt ponēdo loco ly maximꝰ ly minimꝰ. vt sic. ꝛ ista sūt minimꝰ nūerus currētiuꝫ: qꝛ sit casus qꝫ sint duo hoīes currētes. tūc añs scōe ꝯnie ē polē: ꝛ ꝯnis ipolē. ¶Rñdent marsilici. qꝫ in oī descēsu disiūcto vel disiūctiuo. ꝛ ī cō sequēte debere addi. ꝛ sic de alijs ꝓpter formalitatē descēsus quicqd etiā sit positum ī antecedēte ꝛ tenēt formalitatē descēsus magis cum constantia q̄ꝫ cum antiquo medio tñ quicqd sit semp oporteat addi ly. ꝛ sic de singulis pp formalitatem descēsus. ¶Est alia opinio cōis schole vviennēsis magistri Alberti ꝛ Thome de cluis ꝛ multoꝝ alioꝝ logicorum presertiꝫ modernorum q dicūt qꝫ quattuor sint spēs suppositionis cōis vꝫ tres tacte ꝛ q̄rtam ponūt suppositionē collectiuā. Et est motiuū hoꝝ. qꝛ sicut dat aligs actꝰ rōe cuius terminꝰ stat determinate distributiue vel ꝓfuse tñ. ita etiā datur aligs actus ratione cuius terminus stat collectiue. Scōm notādum tot sunt spēs suppositionis cōis: quot sunt spēs descēsus: sed quattuoꝝ sunt spēs descēsus ergo q̄ttuoꝝ sunt spēs suppōnis cōis. mīnoꝝ nota est vꝫ disiūctiuus disiūctꝰ copulatus ꝛ copulatiuꝰ. maioꝝ aūt ꝓbat. qꝛ species suppositionis communis attēditur penes descēsum. Et ꝑm illos qō etiam est falsa ad sensuꝫ cōez. qꝛ quattuoꝝ sunt spēs suppositionis cōis. ¶Concedit tñ ad hunc sensuꝫ tātum quattuoꝝ sunt termini scōarum intēctionum ꝛc. ita qꝫ non plures nec in pauciores. ¶Corollarium. Ly species in ꝓposito nō capitur ista stricte sicut in veteri arte: sed capitur ꝑ termino inferiori ad alterꝫ. Et sic hoc totuꝫ suppositio cōis determinata est species respectu ly suppositio cōis. ¶Consequēter no. qꝫ notāter dī in questione cōis: qꝛ ꝑm ¶Platonem. g posuit ideas cōes. Suppositio discreta hꝫ tot spēs sicut cōis. vt determinatā. sicut subiectum illius: ens qō est sortes currit. Distributiuā. oē ens qō est sortes currit. Confusam tñ: tñ ens qō est sortes currit. Collectiuā. oīa entia que sunt sortes currūt. ¶Ultimo no. qꝫ suppositio collectiua sic describit. Est suppositio simplex termini stantis ꝑ suo significato vel suis significatis copulatim. Et ille terminus dī stare ꝑ suis significatis copulatim sub quo vel sub alio ꝓsit accepto hūte actu plura suppositā ꝛ singularizabili valet descēsus copulatus gra formē. Uñ descēsus copulatꝰ est descēsus cuius ꝯnis ē vna ꝓpō de copulato extremo: vt patebit statim infra. Et tñ de illa questione.

Arguit ꝯ illā opionē

Soluit.

2ª opio de spēbꝰ suppositionis.

Suppō collectiua

De descensu.

De Descensu

Circa materiam descensuuz.

Queritur Utrum descensus sit consequentia formalis? ¶Notandum q descensus est quedam proprietas' logicalis: veritatis z falsitatis propositionum probatiua. Unde bene arguitur. Si descendentes alicuius propositionis sunt vere: ipsam sequitur esse veraz. z hoc in descensu sufficienti. Est ergo differentia inter descensam: descendentes: z descēsum. ¶Unde descensa est añcedēs ipsius descēsus. hoc est ꝓpositio in qua ponit terminꝰ sub quo descēditur. ¶Sed descendentes sunt: cōsequēs descensus. ¶Sed descensus est ipsa propositio hypothetica ꝯsequētionalis. ¶Secūdo notādum: q descēsus cōiter sic describit. Est cōseqntia formalis tenēs pcise ex eo q in ea arguit expresse vel implicite a ꝓpositione in qua ponit terminꝰ supior ad ꝓpōnem in qua ponunt eiusdem termini suppōsita in supponendo tm̄ sibi non synonima. Dicit primo: cōsequētia. per hoc innuit q nulla ꝓpositio copulatiua vel disiūctiua est descēsus vt sic. Etiā innuit q descēsus nō solum est ꝓpositio rationalis sed etiaz ꝯditionalis vel causalis. vt hoc est bonus descēsus. si ois homo currit. z isti sunt omnes hoies. ille hō currit. z ille hō currit. z sic de singulis. Eodem mō fabricet causalis. Etiā patet q nulla mala ꝯña est descēsus. vnde hoc nō est descēsus. omnis homo est aial. ergo ille homo est aial. z ille homo est animal. z sic de singulis: demōstrādo Adaz z Aristotelem. quia de facto añcedēs est verum z cōsequēs falsum. Dicit: formalis. per hoc patet q nulla ꝯsequētia materialis est descensus. vnde hoc non est descensus Omnis homo currit. z sortes est. z plato est. ergo sortes currit z plato currit Et licet sit bona ꝯsequētia: tamē nō est formalis. quia in filī nō sequit ponēdo loco ly sortes z plato ly fauellus z brunellus: z sit casus q nullum brutuz currat sed omnis homo currat: antecedēs est verꝫ z ꝯsequēs falsum. Dicit: tenēs pcise ex eo. in qua pticula ly pcise nō debet capi ꝓpríe exclusiue. sed solum prout excludat pluralitatez vel diminutionem terminoꝝ in ꝯparite ad terminos in antecedente positos. z non debet determinare ly tenens: sz ly arguitur. alias descensus copulatiuus non esset descensus: quia nō tenet precise ex eo q zc̄. Sed aliquando etiam ex eo tenet q a tota copulatiua arguit ad alterā eius ptē. ¶Pro quo nota. q tūc in descēsu dicit precise argui a termino supiori ad eius suppōsita qñ arguit a termino supiori ad suppōsita in supponēdo tm̄: sic q nihil impertinēs addatur nec aliqd ptinēs remoueat. ¶Hoc est qñ nihil mutatur nisi qd loco termini supioris ponantur eius suppōsita in supponēdo tm̄ sibi inuicem non synonima z sic illud argumentū nō est descensus ois hō currit. z isti sunt oēs hoies. g̃ ille hō currit. z ille hō currit. z sic de singulis. vel deus est. ¶Nam illa ꝓpositio z deus est: superflue addit z nō est de ratione descēsus. Dicit in qua ꝓpositione. zc̄. ex quo patet q ibi non est descensus. sortes z plato est ergo sortes z plato est etiam p hoc innuitur differētia ipsius descensus ab inductione z ab ascensu. Dicit ad suppōsita in supponendo tm̄. ¶Pro quo est aduertendum. q triplex est suppōsitum termini videlicet in significādo tm̄. in supponendo tm̄. z significando z supponendo simul. Suppositum in supponendo tm̄ est terminus

c

Descēsus est proprietas qdam.

Diffinitio descensus

Notabile

Suppositū i suppōnēdo tm̄.

communis singularizatus supponens pro pauciorubus q̄z non singularizatus. vt ly homo ibi. ille homo currit. ¶Corollarium. Ille terminus deus in illa deus est: non est suppositum in supponēdo. quia non supponit pro pauciorubus singularizatus q̄z non singularizatus. Idem dicatur de illis terminis. sol mundus phenix. Suppositum in significando tm̄ est terminus singularis non supponens respectu copule de presenti. vt adam Hoc Aristoteles. Sed suppositum in supponendo ⁊ significando simul est terminus singularis supponens respectu copule de presenti. vt illi termini Joānes Petrus Paulus ⁊c̄. Dicitur sibi non synonima. Per hoc patet q̄ hoc non est descensus. omnis homo currit. ⁊ isti sunt omnes homines. ergo ille homo currit ⁊ ille homo currit. ⁊ sic de singulis. idem demonstrando per ambo pronomina. ¶Secundo nota. q̄ triplex est descensus. scilicet rationalis. ⁊ isti communiter formantur. Causalis vt ille cuius nota principalis est nota causalitatis. Et conditionalis vt prius. ¶Corollarium. Hoc non est descensus. homo est non animal. ergo ille homo non est animal. vel ille homo non est animal: ⁊ sic de alijs. Et licet nihil impertinens ponatur in consequente q̄ sicut negatio ponitur in antecedente. ita etiam ponitur in consequente tamen negatio impertinenter additur in consequente. quia negatio etiaz̄ deberet postponi copule in consequente. ¶Corollarium. Hoc non est descensus. omnis homo currit ⁊ sunt omnes homines. ergo homo sortes currit. ⁊ homo plato currit. ⁊ sic de singulis. quia non arguitur ad suppositа in supponendo tm̄. Et licet sit bona consequentia non tamen est formalis quia in simili non sequitur inferendo ad primum antecedens sic. ergo homo a currit ⁊ homo b currit. ⁊ sic de singulis. ⁊ significet ly a platonē singulariter ⁊ connotet eius albedinem ⁊ ly b. singulariter sortem ⁊ connotet eius albedinem ⁊ sit casus q̄ ambo sint nigri. antecedens erit verum ⁊ consequens falsum. q̄ subiecta consequentium pro nullo supponunt. ¶Corollarium. Hoc non est descensus. omnis homo currit. ⁊ homo sortes est ⁊ homo plato est ergo homo sortes currit ⁊ homo plato currit. quia non arguitur ad suppositа in supponendo tm̄. ¶Corollarium. Hoc est bonus descensus. omnis hō currit. ⁊ hō a est. ⁊ hō b est. ergo homo a currit. ⁊ hō b currit. Et significet ly a ⁊ ly b. sicut prius. Et sic capiendo ly homo in consequente connotative. Et quando dicitur in casu antecedens est verū ⁊ consequens falsum. vt sit sortes albus ⁊ tunc non currat ⁊ q̄m̄ nō est alb⁹ tunc currat tunc in consequēte ponunt duo termini accidentaliter cōnotatiui ⁊ ergo appellāt pro eodez tpe verbi. Dicit̄ q̄ regula intelligatur dūmodo tales termini regunt ab inuicē. Similiter est ibi alb⁹ monach⁹ currit vbi illi duo termini nō appellāt pro eodē tpe verbi. ¶Corollarium. Hic nō est descēsus. omnis hō est aīal. ⁊ ille hō est ⁊ ille hō est ergo ille homo est aīal. ⁊ ille homo est animal. ⁊ ille homo est animal ⁊ sic de alijs. quia nō est bona p̄ña. quia demōstrādo hoīem mortuū in tertia ppōne p̄ñtis añcedēs est verū ⁊ p̄ñs ē falsuz. ⁊ ergo nunq̄z debēt plures ppōnes expresse poni in p̄ñte q̄z in antecedēte. ¶Corollariū ascēsus est spēs inductionis. Unde ascēsus est p̄ña formalis in cui⁹ añcedēte ponūtur suppositа alicuius termini supponendo tm̄ nō synonima. Et in p̄ñte ponit̄ terminus superior ad ea nō singularizatus vt ille hō currit ⁊ ille hō currit. ⁊ sic de singulis. ergo ois hō currit. ¶Inductio est p̄ña bona in cui⁹ añcedēte ponūtur termini q̄ sunt suppositа in supponēdo tm̄. vl in

Sup.i p̄cādo tm̄.

Sup.i supponēdo ⁊ p̄cādo sil.

Triplex descensus.

Ascensus

Inductio

supponēdo ꝛ significādo fit. Et in ꝓñte ponit terminus supior ad ea. Exemplū ꝑmi. ille asin⁹ currit. ꝛ ille asinus currit. ꝛ sic de alijs. ergo ois asinus currit. ¶Scdi. petrus currit ꝛ paulus currit. ꝛ sic de singulis ꝯ ois hō currit. ¶Corollariū. Inductio fit ꝑ singularia vaga ꝛ determinata. ascensus autez solū fit ꝑ vaga. ¶Corollariū. Ois ascēsus est inductio ꝛ nō ecōuerso. ¶Corollariū. Hoc nō est descēsus. ois hō bibit vinū ꝛ ois hō est sortes ꝛ plato. ꝯ sortes bibit vinū ꝛ plato bibit vinū. sed est bona ꝯña nō tñ formalis. qz in simili nō sequit. ois hō bibit vinū. ꝛ omnis hō est a ꝛ b. ergo a bibit vinū. ꝛ b bibit vinū. ꝛ significet ly a singulariter ꝛ absolute sortē ꝛ b singulariter pedez vel materiā ei⁹. ꝛ sit solus sortes. añcedēs est verū ꝛ ꝯña falsum. ꝛ lz capiēdo terminos ꝓnotatiue. sed capiēdo eos absolute tunc ponatur ꝙ ly a significet hoiez pūctualē singulariter ꝛ absolute ꝛ ly b materiā ei⁹ absolute ꝛ singulariter. ꝛ ponēdo loco ly bibit ly intelligit. añs est vex ꝛ ꝯña falsū. ¶Corollariū. Hoc est bon⁹ descēsus. sortes differt ab hoīe. ꝛ isti sunt oēs hoies ergo sortes differt ab illo homine. ꝛ sortes differt ab illo homine sic de singulis. imo est sufficiens. etiam econuerso valet ascensus. Sed ille nō est eiusdez forme secum aliud a vero est verus ꝛ ista sunt omnia vera. ergo aliud ab illo vero est verum. ꝛ aliud ab illo vero est verū. ꝛ sic de singulis qz nō est eadē ẽntitas. Et scōs nō est descēsus sufficiēs. licet sit bon⁹ qz ecōuerso nō valet ascēsus.

Utrum in cuiuslibet descensus añte oporteat poni constātiā vel antiquū mediū. ¶Notādū. ꝙ ꝯstātia in gñe est ꝓpō categorica affirmatiua de est scōo adiacēte ponēs rē eē vel fuisse vel fieri ꝑm exigētiā copule. vt sortes est. sortes fuit. sortes erit. sz ita nō capit in ꝓposito. Sed cōstātia sufficiēs ad descēsuz est ꝓpositio copulatiua affirmatiua ꝯstituta ex pluribus ꝓpositionibus categoricis affirmatiuis in quibus semper vnum extremorum est suppositum in supponēdo tñ siue sit subiectum siue predicatuz. vt sortes est ille homo. plato est ille homo. ille homo est. ¶Corollarium. Non oportet constantiam semper esse de est secūdo adiacente. ¶Sed aliquando etiam de est tertio adiacente vt supra immediate. ¶Pro quo aduerte. ꝙ sumere constantiam in propositio est ꝯstantiam coniungere copulatiue affirmatiue cum antecedente vel ꝓpositione sub cuius termino descēditur. Sed antiquum medium est propositio categorica affirmatiua de est tertio adiacente cuius vnum extremoruz est terminus communis sub quo vel sibi synonimo descenditur sumpt⁹ cum signo collectiuo⁹ non curando an talis subijciatur vel predicetur. vt isti sunt omnes homines. omnes homines sunt isti. ¶Consequenter notandū. ꝙ quadruplex est descensus. scilicet disiunctiuus disiunctus. copulatiuus copulatus. Unde descensus disiunctiuus fit sub termino stante determinate. Sed disiunctus fit sub termino stante confuse tñ. Sed copulatiuus fit sub termino stante distributiue. Copulatus autem sub termino stante collectiue. ¶Est autem descensus disiunctiuus descensus in cuius consequēte supposita in supponendo tñ alicuius termini cōiunguntur disiunctiue. ¶Disiunctus est descensus in cuius consequente supposita in supponendo tñ alicuius termini coniunguntur disiunctum. Et non debet dici cuius consequens est vna de disiuncto extremo. alias hoc non esset descensus disiunctus. ego bis bibi vinum. ꝛ illa sunt omnia vina. ergo ego bis bibi hoc vinū vel hoc vinū vel hoc vinum ꝛ sic de singulis. quia ꝯsequēs nō est vna

Constantia.

Constantia sufficiens.

Sumere ꝯstantiam Antiquuz medium.

Quadruplex est descensus.

1

2

de disiuncto extremo. Unde ꝓpositio de disiuncto extremo est propositio cuius partes eque pn̄cipales alicuius extremi cōiunguntur disiunctim.

3 Copulatiuus est descensus cuius consequens est vna propositio copulatiua. Copulatus est descensus in cuius conseq̄nte suppositā in supponendo tñ alicuius termini coniungunt copulatiꝫ vt omnes apostoli dei sunt duodecim. ꝛ isti sunt omnes apostoli dei. ergo illi apostoli dei ꝛ illi apostoli dei

4 ꝛ sic de singulis sunt duodecim. ¶Adhuc duplex est descēsus scilicet affirmatiuus ꝛ negatiuus. Descensus affirmatiuus est descensus cuius quelibet ꝓpositio categorica consequentis est affirmatiua. Sed negatiuus est descensus cuius quelibet categorica in consequente est negatiua. eodem modo dicatur de descensu mixte qualitatis. ¶Per hec respondetur ad questionem q̄ in nullo descensu copulatiuo negatiuo oportet poni constantiaꝫ vel antiquū medium. nisi fieret ꝓpter hoc q̄ descensus fieret sufficiēs. Secundo dicendum. q̄ in quolibet descensu copulatiuo affirmatiuo ꝛ copulato affirmatiuo oportet poni constantiam vel antiquum medium. ꝛ tunc potest omitti ly ꝛ sic de alijs. ¶Tertio dicendum. descendendo sub termino stante determinate vel confuse tñ non oportet poni ꝓstantiam vel antiquum medium nisi descendatur sub disiuncto ex termīs singularibus. Si aūt ponit ꝓstantia vel antiquuꝫ mediū tunc talis non sufficit nisi ponat etiā ly ꝛ sic de alijs. ¶Corollariū. Ubi nō sumit ꝓstantia vel antiquū mediū bñ omnis homo currit. ꝛ istius sunt omnes homines. ḡ ⁊c. q̄ oporteret ꝓ nomen esse totale extremū vel p̄ncipaliorem partem. ¶Corollariuꝫ dicendo sic. mei ꝛ regis interest studere nō oportet q̄ sumat ꝓstantia vel antiquum medium ex quo subiectum supponit determinate. ꝛ sic descenditur. ḡ illoꝝ mei ꝛ regis interest studere vel illorum mei ꝛ regis interest studere. ꝛ sic de singulis. Uel sic. ergo illius mei ꝛ regis interest studere. vel illius mei ꝛ regis interest studere. ¶Corollarium. Ubi non est descensus homo currit igit ille homo curit. vel ille homo currit. quia si demonstrati in cōsequēte quiescerent. antecedēs eēt verū ꝛ ꝓsequēs falsuꝫ. Sꝫ debet addi ly ꝛ sic de singul.

Et sic ō singulis qd sit

Utrum in quolibet

descensu oporteat addi ly ꝛ sic de singul. ¶Notādū q̄ capiēdo ly ꝛ sic de singul' ꝓsonal' nec est cōplexū nec incōplexū. sꝫ est ōttuoꝝ ptes oratiōis vꝫ ꝓiunctio: aduerbiū: ꝓpositio ꝛ nomen. ꝛ nō est propositio. sed intellectus ratione sui in descensu copulatiuo vel disiunctiuo format vnam propositionem. Sed in disiuncto vel copulato tunc intellectus format vnam partem extremi. ¶Notandum secundo. q̄ duplex est descensus. ſ. sufficiens ꝛ insufficiens. Descensus sufficiens est descensus in quo arguit ad alicuiꝰ termini omnia suppposita in supponendo tñ vel aliq̄ ꝛ ad aliquid loco suppositorum nō enumeratorum positum. sic q̄ cum eodem medio contrario valeat ascensus. vt omnis homo currit ꝛ isti sunt omnes homines. ergo ille homo currit ꝛ ille homo currit. ꝛ sic de singulis. ¶Corollarium. Hoc non est descēsus sufficiēs. nullus hō est aial. ḡ ille hō nō est aial. ꝛ ille hō nō ē animal. quia econtrario non valet ascensus. quia non sequitur. ille homo est non est animal. ꝛ ille homo non est animal. ergo nullus homo est animal. quia si demonstrati in antecedente mozerentur. antecedens esset verum ꝛ consequens falsum. Patet ergo q̄ tria requiruntur ad descensuꝫ sufficiētē Primum q̄ arguatur ad omnia suppposita. Secundū q̄ arguatur ad aliqua

Duplex ē descensus

Rñ. ad qō nem

Primo

Secundo

Tertio

Descēsus sufficiens.

& ad aliquid vel ad aliquod positum loco alioꝝ. Tertio q̄ econuerso valeat ascēsus. ¶Sed descēsus īsufficiēs est descēsus vbi aliq̄ illarū trium cōditionum deficit. vt nullus sol vel luna lucet. ergo ille sol vel luna nō lucet vel ille sol vel luna nō lucet. quia econuerso nō valet ascēsus. ¶Respōsio ad questionez vel ad dubiū in nullo descēsu copulatiuo siue affirmatiuo siue negatiuo oportet poni & sic de singulis. ¶Secūdo dicēduz q̄ in descēsu copulato affirmatiuo sumēdo antiquū mediū in añcedēte & demōstrādo oia in cōsequēte que fuerunt demōstrata in añcedēte debet omitti & sic de singulis. ¶Tertio dicēdū q̄ in descēsu disiūctiuo vel disiūcto affirmatiuo vel negatiuo in cuius añcedēte ponitur antiquum medium. Et omnia demōstrata in añcedēte demōstrātur in cōsequēte nō oportet poni ly & sic de singulis. Si autē nō omnia ⁊c. tūc oportet poni ly & sic de alijs. nisi descēdaī sub disiuncto ex terminis singularib⁹. Si aūt in añte ponit ꝑstātia tūc oportet poni ly & sic de singulis. ¶Quarto dicēduz. in quolibet descēsu sufficiēti opz poni ly. & sic de alijs. vel antiquū mediū solū disiūctū ex terminis singularib⁹ excipiēdo. ¶Et nota q̄ ly & sic de alijs in ꝑstātia q̄n descēdit sub t̄mino distributo. vt ille homo est. & ille homo est & sic de alijs ly & sic de alijs valet tātū. ois homo qui nec est ille homo: nec ille homo est. Sed sub termino stāte determinate valet tantum homo qui nec est ille homo nec ille homo est: solum non distribuendo ly homo. ¶Et iterum nota q̄ ly & sic de singulis in consequente descēsus copulatiui affirmatiui sic debet exp̄imi. & omnis homo qui nec est ille homo nec ille homo currit vel cucurrit ꝑm exigētiam copule. Et in negatiuo idem velet solum addēdo negationem ad copulam. Sed in descēsu copulato valet tantum. & omnes apostoli dei qui nō sunt isti apostoli dei nec isti apostoli dei sunt duodeci. In negatiuo addēdo negationē. Sed in disiūctiuo affirmatiuo nō distribuatur terminus sub quo descēdit.

Descēsus īsufficiens ¶Rñ. ad q̄nem. ¶Primo Secundo Tertio Quarto

Quātū valet & sic de singulis.

Utrum sub q̄libet termino valeat descēsus. ¶Notāduz sub termino stāte determinate trib⁹ modis valet descensus copulatiu⁹. nec est in cōueniēs. ¶Dño q̄n idē negat de seipso & accipit adeq̄te ad idem tempus. vt hō nō est hō. Scōo q̄n talis ꝑpō est formaliter impossibilis. vt hō est nō hō. Tertio q̄n talis ꝑpō est formaliter necessaria vt homo est vel nō est asin⁹. ¶Ad dubiū rñdet q̄ ipsum vt ponit est falsum. Instantia enīz est de termino nō supponēte & de t̄mino q nō hz actu pl̄a suppositā. ¶Ñ ille terminus di habere actu plura suppositā q supponit ꝑ pluribus suppositis essentialiter distinctis diuisim & vnioce respectu copule de presenti ad quaz accipit. & sic ly chimera in illa. chimera imaginat habet actu plura suppositā. & sub eo valet descensus. ¶Secundo dicendum. q̄ etiam est instātia de verbis. ¶Tertio dicēdum q̄ etiam est instantia de ly equum in illa. vides omnem equum est homo. Sīr de ly accidens in illa. tm̄ sub stātia est nō accidēs. ¶Conclusiue dicitur. q̄ sub quolibet termino habente actu plura suppositā supponēte & singularizabili q̄ztum est ratione ipsius valet descēsus. ¶Dicitur q̄ztum est rōne ⁊c. ꝑpter p̄dictos duos terminos & alios consimiliter positos sub quibus nō valet descensus. sed hoc non est ratione ipsorum. sed ideo. q̄ ly equum est determinatio distributa vnica acceptione accepta cum suo determinabili. Sed ly accidens in predicta ponitur in ꝑpone pregnante in quarum nulla oportet valere descensuz. ¶Ultimo sunt nō nulle regule descēsum predicte imitantes. quarum prima est

Sub termino stāte determinate valet triplex descēsus. ¶Rñ. ad q̄nem. ¶Primo Secuñdo Tertio Quarto

De descēsib⁹ ꝑticularib⁹

Nullus terminus in consequẽte debet distribui pro pluribꝰ q̃ꝫ in antecedente. Sic etiã nullus terminꝰ in ꝓñte debet accipi ꝓ aliquo pro quo non accipiebat in antecedente. g̃ hoc nõ est descensus. sortes nõ differt ab hoie ergo sortes nõ differt ab illo homine. z sortes non differt ab illo homine.

Secunda regula

¶Secunda regula. Quando cũ termino stante distributiue ponitur terminus stans determinate vel cõfuse tñ tunc prius debet descendi sub termino stante determinate. z postea in vna singulariũ termini stantis determinate debet descendi sub termino stante distributiue. Vel põt prius descendi sub termino stante distributiue. sic tamen q̃ in qualibet singulariuꝫ ꝓter q̃ꝫ in prima. termino stante determinate addat relatiuũ identitatis. nisi terminus stans distributiue fuerit determinatio termini stantis determinate secum non vnica acceptione accepta tunc eni debet descendi sub termino stante distributiue. vt nullius hois quelibet pars est in scholis. vbi iam debet prius descendi sub ly hominis. Et ista regula habet veritatem in descẽsu sufficienti.

Tertia regla

¶Tertia regula. Descendentes debent esse eiusdem qualitatis cum descensa z supposita in ꝙsequente debent esse illius casus cuius fuit terminus sub quo descendebat etiam eiusdem numeri. sic etiaꝫ determinatio addita termino in descensa debet etiam sibi addi in constantia z suppositis in consequẽte. z ergo videat quõ in talibus debeat descẽdi. omniũ asinorum regis interest currere. quibuslibet animalibus petri placet bibere.

Quarta.

¶Quarta regula. In descensu nõ debet argui a suppositione cõfusa tantũ ad determinatam respectu eiusdem multitudinis. vñ nõ sequit. omni tpe risibile est ois hõ. z ista sunt oia tpa. g̃ illo tpe risibile est ois homo. z illo tempore risibile est ois hõ. z sic de singulis. qz de facto añs est verũ z pñs falsuꝫ

Quinta.

¶Quinta regula. Quando in aliq̃ ꝓpõe ponunt plures termini diuersi mode accepti q̃ ad speciẽ: tũc descendendo sub aliquo illoꝝ prius debet descendi sub capite talis ꝓpõnis. i. ꝓmo termio categorematico.

Sexta.

¶Sexta regula. Non oportet valere descensum sub determinatione distributa vnica acceptione accepta cum suo determinabili distributo sine non.

Septima.

¶Septima regula. Quando descendit sub termino stante cõfuse tñ. tũc disiunctum in descendẽtibꝰ etiã debet stare cõfuse tñ. vt nullus hõ est oẽ aial. z ista sunt oĩa alia. g̃ nullus hõ est oẽ hoc anial vel hoc animal. z sic de alijs.

Octaua.

¶Octaua regula. ¶Descendendo sub aliq̃ termino nõ debet variari aliq̃ ꝓprietas logicalis q̃ veritatem vel falsitatem ꝓpõnis ũmutare possit. vt ampliatio: restrictio: appellatio ꝛc̃.

¶Corollarium. Hoc nõ est descensus: omnis homo adeq̃te est risibilis. z isti sunt oẽs homines. ergo ille hõ adequate est risibilis: z ille homo adequate est risibilis. z sic de singulis. Sz debet omitti ly adequate. quia est regula q̃ nunq̃ in cõsequẽte dz poni aliqd̃ signum rõne cuius aliqd in speciali ad veritatẽ ꝓpõnis regreret quod non regrit ad veritatem añcedentis. nec ecõuerso. Et tñ de materia descẽsuuꝫ.

De suppositione Relatiuorum.

Truꝫ relatiuum supponat eodem modo sicut suum antecedens. ¶Notandum q̃ questio est propositio categorica indefinita affirmatiua. Subiectum eius est ly relatiuum. supponens eodem modo sicut suum antecedens: est predicatum. z est: est copula. z habet

oēs opponētes ꝛ est in mā ꝓtingēti. Et quertit sic. ḡ supponēs eodē mō sicut suū añs est relatiuū. ¶Secūdo nota q̄ qō etiā pōt esse hypothetica rōne illius relatiui eodē. Etiā rōne illius qz potest ꝓsiderari vt oz̄o zeugmatica. Et sic valeret tantum. Relatiuum supponit aliquo modo ꝛ simili modo suppo nit suum antecedens. ¶Tertio nota q̄ ly eodem modo in titulo questio nis potest capi dupliciter. Uno modo vt est adiectiuum ꝛ substantiuum. ꝛ sic est diuerse dictionis. Alio modo aduerbialiter. ꝛ sic est vna dictio valēs tantum sicut conf. ntiſ̄ er. ¶Quarto nota ꝛ principaliter q̄ duplex est relatiuum scilicet logicale ꝛ grammaticale. Et de relatiuo logicali nihil ad ꝓ positum nostrum. Est autem ille terminus relatiuum vniuocus ad relati uum logicale ꝛ grammaticale. ꝛ datur conuenientia: licet solum acciden talis ꝛ complexa vt illa. quia omia relatiua tam logicalia q̄z grammaticalia conueniunt in hoc quia dicunt respectum sufficientem per modum respe ctus. vel faciunt secundam mentionem de re de qua prius est facta men tio: quam rem alias ita certe ꝛ determinate ꝛ eodē modo ex se non haberēt repꝛesentare. Dicitur: sufficientem propter comparatiuos ꝛ terminos de predicamento signi quibus etiam conuenit respectus: sed non sufficiens. ¶Est ergo relatiuum grammaticale triplex. scilicet referens tm̄. relatum tm̄. referens ꝛ relatū simul. ¶Relatiuū referēs tm̄ est actus relatiuus limi tans conceptū sup quē ferī ad standū relatiue. vt ly ille in ista. hō currit ꝛ il le homo mouet. ¶Sed relatiuū relatum tm̄ est cōceptus limitatus ꝑ relatiuū referēs tm̄. Uel est aliqd tali subordinatuz vt hoc totum hō q̄ currit in illa oratione. hō currit ꝛ ille hō q̄ currit mouet. Sz relatiuū referēs ꝛ relatuz sil̄ est qđ includit referēs tm̄ ꝛ relatū tm̄ vt ille in ista hō currit ꝛ ille mouetur. ¶Corollariū. In mēte nullū est relatiuū referens ꝛ relatū sil̄. qz in mente nihil includit. ¶Corollariū. Iste tres diffinitiones iā tacte ꝓcedūt si ꝓ noia sunt in mēte. Si aūt nō sunt in mēte tunc diffiniēdo ꝓdictos terminos loco ly actus dz̄ poni ly signū. qz tunc nullus actus relatiuus est in mente. ¶Corollariū. Tunc actus limitat ꝓceptū sup quē ferī q̄n determinat ipsum sic adiectiuū suū substantiuū. ¶Debet ḡ relatiuū in genere q̄ztū est ad ꝓpo situz sic diffiniri. Relatiuū grāmaticale referēs ꝛ relatū sil̄ est signuz excita tiuū potētie cognitiue ad formandū ꝓceptū de aliq̄ re de qua facta prius est mentio. quā rem alias ita certe ꝛ determinate ꝛ eodē mō ex se nō habe ret repꝛesentare. Dicit est signū ꝑ qō excludit res ad extra. Dicit excitatiuū ꝓpter relatiua in libris clausis. vel circa q̄ nullus aduertit. ꝛ nō dz̄ capi am pliatiue. sed dz̄ tantū valere sicut signū natū excitare potentiā cognitiuam ex mō significādi quē actu hz̄. Dicit quam rem alias. ꝛc. In qua ꝑticula ly alias nō dz̄ tm̄ valere id est extra demōstrationē vel relationē. qz seq̄ret q̄ ly iste captū demōstratiue eēt relatiuū ꝑm ꝓceptū. sz̄ dz̄ tātū valere. i. si nō ha beret tale antecedēs nullo mō repꝛsentaret talez rem. Dicit ita certe ꝛ deter minate qz ꝓnoia vbicūq; posita ꝓfuse ꝛ īdeterminate significāt oēz rem mū di. Dicit ꝛ eodē modo ꝓpter ly illud in illa. Illud est ꝓnomen ꝛ illud est di ctio. vbi scōm ly illud est relatiuū. Et licet habeat repꝛsentare primū. tm̄ non eodem modo scilicet vltimate sicut iam. sz̄ nō vltimate repꝛsentare hz̄. Sil̄ ly idez in ista. hō currit ꝛ idē mouet. licet depōsito añcedēte ly idem adhuc hz̄ repꝛsentare hoīem. qz significat oēm rem mundi. ¶Corollarium. Idem est relatiuū logicale ꝛ grāmaticale ꝛ illud corollarium est ꝓpositio habens

Qō pt eē ꝓ positio hy pothetica

Cōueniētia relatiui lo gicalꝫ ꝛ grā maticalis.

Relatiuuz referēs tm̄

Relatiuuz relatuz tm̄

Relatiuuz referens ꝛ relatum

Relatiuuz grāmatica le.

Idē ē relatiuū grāmaticale ⁊ logicale.

duos veros diuersos sensus. Unū quo ly idem capit materialr. ⁊ sic valet tantuz. hec vox idem est relatiuū grāmaticale ⁊ logicale. ⁊ hoc est veruz vt patet p diffinitionē. Scōm sensum. quo ly idē capit psonalr tunc valet tantū. vna eadez dictio vel res est relatiuū grāmaticale ⁊ logicale. ⁊ hoc est verum. vt pz de ly idem. Dicit ex se ppter ly albꝰ in illa hō est albus capiendo pure adiectiue qō nō est relatiuum. lz faciat scōaz intentionē de re. tū lz nō est ex se nec ex suo modo significandi. Sed ex bñplacito. regule logicoꝝ. Idem est de ly non. Et ita qū querit. fuisti in scholis rñdendo non vel ita.

Relatiuuz substantie

¶ Corollarium. Duplex est relatiuū. s. substantie ⁊ accidentis. Relatiuum substantie est relatiuū qō natuz est referri ad suū antecedens in ppositione in qua nullus ponit terminꝰ accidētaliter ꝓnotatiuus. vt ille ipse iste. Et est duplex. s. identitatis ⁊ diuersitatis.

Relatiuuz sube identitatis.

¶ Relatiuuz substantie identitatis est relatiuū qō in referendo suuz antecedens in ppositione copulatiua qō añs est totale extremū vel pncipaliorꝝ pars solum supponit p eo p quo propositio sui antecedentis verificat. vt ly ille is qui.

Relatiuuz substantie diuersitatis.

¶ Sed relatiuum substantie diuersitatis est relatiuum qō in referendo suum antecedens in copulatiua qō antecedens est totale extremū vel pncipaliorꝝ pars natum est supponere pro alio vel pro eodem. fm tamen aliam rationem. q̄z pro quo propositio antecedentis verificatur. vt alius alter diuersus. Dicitur vel pro eodez fm ⁊c̄. quia dicendo sic. Consequentiarum alia est materialis alia est formalis. ly alia supponit p illo p quo ppositio antecedentis verificat sed fm aliam rōnem.

Relatiū accidentis.

¶ Relatiuū accidentis est relatiuū qō natū est referri ad suū añs ppie ⁊ apte solum in ppōne in q̄ ponit terminꝰ accidētaliter cōnotatiuus ꝓnotans eandē ppietatez quā talis terminus ꝓnotat. vt talis tantus quantus. Dicitur ppie. qz tales etiā sunt ꝓgrue. sortes est hō q̄lis est plato. Sz est impropria ⁊ inepta. Dicit ꝓnotās eandez proprietatē ⁊c̄. qz dicēdo sic. sortes est albꝰ ⁊ tātus est plato. Silr sortes est magnus q̄lis est ioānes. Ista signa sunt relatiua accidentis sed nō bñ referunt. qz talis terminꝰ ꝓnotatiuꝰ dz importare eādē habitudinē accidentalez quā relatiuū iportat. Et talia relatiua in nullo pdicamēto ponunt qz sunt cōplexa.

ppōnez vificari

¶ Corollarium. Propositionē verificari in ppōsito est ipsaz esse verā vel extrema supponere p eodē

Rñ. ad qō nem

¶ Corollarium. In ppōsito ppō falsa verificat vt omne aial est sortes. Et tale relatiuū accidētis iterum est duplex qō ⁊ alia videant in alijs locis.

¶ Responsio ad q̄stionē. q̄ si ly eodē mō est due dictiones. tūc q̄stio est falsa: qz relatiuū nō supponit eodē modo sicut suū añs. qz modus suponendi relatiui est ipsum relatiuū met supponēs. Modus aūt supponēdi añcedētis est ipz añs met supponens.

Relatiuuz supponere eo ð mō intelligit duplr. s. q̄ ad speciem.

¶ Si aūt est vna dictio tūc q̄stio exq̄ pticulariter formal est vera. Sed vlr est falsa. qz q̄libz relatiuum supponit ⁊ añs suū nō. vt antichris nō est ⁊ ipse erit.

Quo ad suppositiuz

¶ Et est aduertendū. q̄ relatiuū supponere eodē mō sicut suū añs attendit duplr. Uno mō quo ad speciē sic q̄ si añs supponat certa aliq̄ specie suppōnis q̄ relatiuū supponat eadē specie suppōnis. Et de isto mō sunt auctores cōis schole antiq ⁊ moderni logici iter se diuersificati. de q̄ infra.

Quo ad suppositiuz est ꝯclusio.

Alio mō relatiuū supponere eodē mō sicut suū añcedens attendit quo ad suppositū. sic q̄ relatiuū ⁊ suum añs supponant p eadem re. Et de isto modo oēs pdicti ꝓcordāt. ⁊ nō sunt diuersificati dicentes vlr hanc ꝯclusionez responsalē. Omne relatiuū grāmaticale substantie identitatis nō reciprocuz positū in copulatiua affirmatiua referens añs in ppōne

De suppositione relatiuorum

categorica affirmatiua qꝫ est totale extremū vel ꝑncipalioꝝ eius ps relatione ꝓsonali ⁊ ꝑ eodē ſignificato ſupponēs ſupponit ꝑ illo ꝑ quo ꝓpō antecedentis verificaꝫ niſi reſtringereꝫ ad ſtandū ꝑ pauciorib⁹. Dicit ſubſtantie ꝓpter relatiuum accidentis qꝫ non ſupponit ꝓo illa re ꝓo qua ꝓpoſitio antecedentis verificatur ſed ꝓo re ſimili in qualitate aut quantitate. Dicitur identitatis ꝓpter diuerſitatis. quia tale ſupponit ꝓo alio vel ꝑ eodem ꝑm tamen aliam rōnem qꝫ ꝓo q̄ ꝓpō antecedentis verificaꝫ. Dī non reciprocum. qꝛ de natura reciproci eſt poni in eadem ꝓpōne categorica cum ſuo antecedēte. ⁊ tale nō ſupponit ꝑ eo ꝑ quo ſuū añs verificaꝫ ſed q̄libz ꝓo re poſſeſſa ab eo. vt ſortes videt ſuum aſinuz. Dicitur referēs ſuū antecedens in copulatiua. quia ſi refert. ipſuz in diſtinctiua vel cōditionali relatiuū non ſupponit ꝑ eo ꝓo quo ꝓpō añcedentis verificaꝫ. ¶ Ꝓo quo eſt notandum qꝫ relatiuum refert dupliciter. ſcilicet reſtricte ⁊ irreſtricte. ¶ Relatiuuz referre reſtricte eſt ipſum referre ſuū añcedēs cum oīb⁹ terminis taz categorematicis qꝫ ſyncategorematicis ſecum in eadem ꝓpoſitione categorica poſitis dempto ſigno vniuerſali affirmatiuo ab initio ꝓpōnis poſito. qꝫ ſignū non eſt pars extremi. vel dempto ſigno vli affirmatiuo diſtribuente totale extremuz. ita fit qñ relatiuū ponit in copulatiua cauſali vel rationali. Sed relatiuum referre irreſtricte eſt relatiuum referre ſuum añs non cū oībus terminis ſecū ⁊c. ita fit in diſiūctiua vel ꝯditionali. Dicēdo ſic. nullus hō eſt aſinus ⁊ ſortes eſt ille. ly ille refert ly hō cum ly nullus. ⁊ valet tantum ſcda ps: ſortes eſt homo q nō eſt aſinus. ¶ Corollarium Dicendo ſic: nullus hō eſt omne aīal ⁊ ſortes eſt illud. ſcda pars valet tantum ⁊ ſortes eſt illud aīal qꝫ nō eſt oīs hō. qa ſi aliqs terminus in negatiua ſtat confuſe tm̄ vel determinate. tūc ille termin⁹ q ſtetit diſtributiue poſtea nō debet diſtribui. ¶ Corollarium. Dicendo ſic: hoīs q̄libet ps eſt in ſcholis ⁊ ille currit. ly ille refert ly hoīs cū ly q̄libet. ⁊ valet tantum. ⁊ ille hō cuius q̄libet ps eſt in ſcholis currit. ¶ Corollariū. Dicēdo ſic: hō vel cuiuſlibet hominis aſin⁹ currit ⁊ ille mouetur. ſcda pars valet tantū. ⁊ ille hō q vel cuiuſlibet hoīs aſinus currit mouet. ¶ Corollariuz. Dicēdo ſic: nulluz caput habet oīs hō ⁊ illud eſt magnū: ſic debet exp̄mi. ⁊ illud caput qꝫ non habet a hō eſt magnū. ¶ Corollariū. Dicendo ſic: omni tpe hō eſt oīs hō ⁊ illō eſt in ſeptimana. ſic debet exp̄mi relatiuū relatū. ⁊ illud tp̄s in q̄ a hō eſt omnis homo eſt in ſeptimana. ⁊ ita in alijs. ¶ Dicitur: referēs ſuū añs i ꝓpōne categorica affirmatiua. qꝛ dicēdo ſic: hō nō eſt currens ⁊ ille mouet. relatiuuz nō ſupponit ꝓo illo ꝑ q̄ ꝓpō antecedentis verificaꝫ: vt patet. Dicit: antecedēs qꝫ totale extremū eſt. qꝛ dicendo ſic: tunica ſortis eſt alba ⁊ ipſe reſpōdet. ly ipſe ſupponit ꝓo ſorte cuius tunica eſt alba. ⁊ tm̄ ꝓpō añtis nō verificatur ꝑ ſorte ſed ꝑ tunica ſortis. Dicit: relatione perſonali. qꝛ dicēdo ſic: femina clauſit portā vite q̄ reſeraut. ly q̄ non ſupponit ꝑ illo ꝑ quo ꝓpō añcedentis verificatur: ſed ꝑ re ſili in ſpecie ⁊ nō in numero. qa eſt relatio ſimplex. Dī: ꝑ eodē ſignificato quare dī: videaꝫ in illis oratiōib⁹ Egrea ē nomen ⁊c. man⁹ dñi ſunt crucifixe q̄ ⁊c. Deꝰ dat aureolā qꝫ nomē ⁊c. Dicit ſupponēs. ꝓpter relatiuū in illa Adam. non eſt ⁊ ille fuit. Dicit ſupponit ꝑ illo. ⁊ nō dī ſupponit ꝑ oī illo qꝛ nō oportet relatiuum ſupponere ꝑ oī illo ꝑ quo ſuū añcedens. ſed ꝑ illo ⁊ ſolū ꝑ tali ꝑ quo ꝓpō antecedēt⁹ vīficaꝫ. Dicit: niſi reſtringaꝫ. ꝓpter ly ille in iſta: hō currit ⁊ ille exñs ſortes mouet:

Relatiuuz refert dupliciter Reſtricte.

Irreſtricte

Nullus hō eſt oē aīal ⁊ ſortes ē illō

Hoīs q̄libz pars eſt in ſcholis ⁊ ille currit.

Suppō relatiui q̄ ad speciem.

vbi ly ille supponit solū pro sorte. ⁊ tamē ꝓpositio añcedētis vificat p̄ quolibet hoīe currente. ¶Suppositio relatiui alio mō attēdit q̄ ad speciem. De hoc vt dictū est sunt auctores cōmunis schole antiq ⁊ moderni logice ꝓsertim Biri. ⁊ Marsi. inter se diuersificati diuersas affirmantes opiniones.

Opinio Biridani q̄ eodē mō supponat sicut antecedens.

¶Quaꝝ Prima est Biridani ⁊ maxime cōis schole Parisiēs ⁊ eoꝝ sequacium qui dicūt q̄ suppositio relatiui quo ad speciē attēdat penes suū añcedens. sic q̄ q̄cunq; specie suppōnis añs supponit: eadem etiam relatiuum. ¶Scdo dicūt q̄ tale signū quod distribuit antecedēs etiam feratur in relatiuū. vt dicēdo: omnis hō currit ⁊ ille mouet. dicūt q̄ ly ois distribuit etiam relatiuū. s. ille. sed signū postpositum antecedēti dicūt q̄ nō feratur in relatiuum. ¶Cōsequēter dicunt q̄ suppositio quo ad speciē debeat attēdi penes ꝑmū añs. Sed quo ad suppositū in ambab⁹ penes ꝑmum añs. ⁊ sic dicēdo: aial est aial ⁊ nullus asinus est illud. ⁊ nullū aial est aial vel nullus asinus est illud: q̄ sunt ꝯtradictorie ꝑm Marsi. qui dicit q̄ copulatiua affirmatiua ⁊ disiūctiua affirmatiua de partib⁹ ꝯtradicētibus ꝯtradicāt. ly illud in copulatiua supponit determinate. sz in disiūctiua distributiue. q; semp penes ꝓximū añs quo ad speciē: sed quo ad suppositū in ambab⁹ supponit eodē mō sicut ly animal in copulatiua. ¶Item ꝑm eos iste nō cōtradicūt. animal est animal ⁊ ois asinus est illud. nullū animal est animal vel asinus nō est illud. q; cū ly asin⁹ distributo ponitur ly illud stans determinate. ⁊ ḡ in alia ly asinus deberet stare cōfuse tñ. ¶Item ꝑm Biridanū relatiuū nō semper refert restricte in copulatiua. nec semp irrestricte in disiunctiua. sz semp eodez modo in ambab⁹. sicut refert in ꝑma sic ⁊ in secūda debet referre. ¶Item ꝑm illos itez oportet q̄ ille nō sunt ꝯtradictorie: ois substātia est substātia ⁊ aliqua substātia nō est illa substātia nō est substātia vel omnis substātia est illa. q; deficit vndecima cōditio. Et si disponit q̄ fiat iuxta cōditionem. vz. per impositionem alicui⁹ signi faciētis suppositionem optatam: tūc adhuc ly illa nō supponit sicut suum añs: qđ itez erit cōtra Burida. ⁊ eius sequaces.

Marsili⁹: q̄ supponat sic alij signi relati

¶Est alia opinio Mar. Hugonis ⁊ cōis schole vviennenſ: q̄ suppositio relatiui quo ad ſpēm attēdatur penes additionē signi vel signoꝝ: ita q̄ si aliqđ signum habēs facere certam suppositionē ferat sup relatiuū: tūc relatiuum supponit eadez suppositione sicut in alijs terminis nō relatiuis. Motiuum Signū positū in vna categorica nō fert in terminos alteri⁹ categorice. Neq; propter hoc tractat⁹ de relatiuis ponit frustra. q; ex eo habet ꝓ quo supponat relatiuū: qd sit relatiuū: ⁊ que sint eius mēbra. ¶Item ꝑm illos oportet dici q̄ relatiuū in ambab⁹ partib⁹ ꝯtradictionis debet eodē mō referre vel semp restricte vel semp irrestricte: ita q̄ sicut in ꝑma sic ⁊ in secunda. Et hoc maxime tenēdo Marsilium: q̄ copulatiua affirmatiua ⁊ disiunctiua affirmatiua de ptibus cōtradicētibus cōtradicāt. alꝫ enim nō participarēt in extremis. Et sic q̄litercūq; refert añcedēs positum in copulatiua: vt si refert restricte. sic etiam relatiuū in disiūctiua ponat ⁊ ecōuerso. Vel dicatur sic q̄ suppositio relatiui quo ad suppositū in oib⁹ debet attēdi penes ꝑmū antecedēs quod idē est. ¶Itē dādo cōtradictoriaz alio mō q̄z ꝑm Marsi. videlicet p̄ ꝓpositionē negatiōis ad copulā hypotheticalē. tūc relatiuū semp in copulatiua causali vel rōnali debet referre restricte. ⁊ in disiūctiua, vel cōditionali irrestricte. Et tantum de materia illius questionis.

Sophisma

De suppõne relatiuorum

Omnis propositio est ṽa vel eius cõtradictoria est falsa. ¶Nota sophisma est ꝑpõ hypothetica affirmatiua: speciei disiũctiue: ⁊ nõ habet cõtrariã nec subalternatã. Et sub ly eius nõ valet descẽsus. qz nõ est singularizabile. Et nullum subiectoꝝ nec ꝑme nec secũde partis restringit ad stãdũ materialiter. q̃uis ꝑdicata in ambab⁹ capiũtur ꝓ terminis secũdaꝝ intẽtionum. ¶Corollariũ. Ly vera ⁊ falsa accipiũtur in sophismate pro terminis secũdarum intẽtionũ ꝑut attribuũtur ꝑpõnibus. ¶Corollarium. Scõm ꝟBarfi. sophisma habet cõtradictoriũ illud: ꝑpositio nõ est vera ⁊ nulla eius cõtradictoria est falsa. quia ꝑm eum vt dictum est copulatiua affirmatiua ⁊ disiunctiua ⁊c. etiam habet illam cõtradictoriam ꝑm generales negãdo simpliciter ly vel. ¶Ad sophisma respõdetur q ꝑm Biridanum sophisma est falsum. quia est vna disiunctiua cuius ambe partes sunt false. De ꝑma parte patet. Scda pars etiam est falsa. quia valet tãtum. cuiuslibet ꝑpõnis contradictoria est falsa. modo hoc est falsum: quia ꝑm eum ly eius supponit distributiue sicut suum antecedẽs. sed in tali sensu sophisma adhuc est possibile ⁊ illa responsio procedit, ꝑut ly eius refert ly ꝑpositio. ¶Si autem ly eius refert ly vera: tunc sophisma ꝑm Biridanum etiam est verum. quia est vna disiũctiua cuius vna pars. s. secũda est vera. ⁊ valet tantum: secũda pars a ꝑpositionis vere contradictoria est falsa. mõ hoc est verum circũscribẽdo saltem multiplicitatem ꝑpositionũ. ¶Corollarium. Scõm Biridanum illa nõ est cõtradictoria sophismatis: propositio nõ est vera ⁊ nullius eius cõtradictoria est falsa. quia ly eius ꝑm eum in ambab⁹ partib⁹ distribuit. ⁊ sic nõ ꝓstituũtur ex ptib⁹ cõtradicẽtib⁹. ¶Sed ꝑm ꝟBarfi. ñdet ad sophisma: q̃ qcquid referat ly eius sophisma de rigore ṽboꝝ est verum. quia ꝑm euz ly eius supponit determinate. ⁊ valet scda pars tãtum: alicuius ꝑpõnis cõtradictoria est falsa: quod est veri. ¶Corollariũ. Mõ sequit ꝓtra sensum ꝟBarfilij vex. oĩs ꝑpositio est vera vel eius ꝓtradictoria est falsa. ⁊ hõ est asin⁹ est ꝑpõ. g̃ hõ est asin⁹ est ṽa vel eius cõtradictoria est falsa. tenet ꝓña ꝑ subsumptionez sub termino distributo. quia relatiuũ equiuocatur referendo in antecedente ⁊ consequente. ¶Corollariuz. Mõ sequit. omnis ꝑpositio est vera vel eius cõtradictoria est falsa. ⁊ iste sunt omnes ꝑpões. g̃ illa ꝑpõ est vera vel eius cõtradictoria est falsa. ⁊ illa ꝑpõ est vera ⁊c. ⁊ sic de alijs. quia relatiuũ iterum equiuocatur referẽdo in añcedẽte ⁊ ꝓsequente. ¶Corollariũ. Mõ sequit ꝓbãdo cõtradictoria secũde partis sophismatis sic. Hoc nõ est falsuz. ⁊ hoc est nullius propõnis ꝑdictoria. ergo nullius ꝑpõnis contradictoria est falsa. quia stat equocatio circa negationez. ¶Corollarium. Mõ sequit. omnis ꝑpõ est vera vel eius cõtradictoria est falsa. ergo tãtũ falsum est ꝑpõ vera vel eius cõtradictoria est falsa. nec arguit ab vniuersali ad eius exclusiuam. qz ꝓpositio hypothetica non est vlis. ¶Corollarium. Illa nõ est bona ꝓña. cuiuslibet ꝑpõnis cõtradictoria falsa est falsa. ergo omnis ꝑpõ est vera. Et in casu q̃ illa solum sit: hõ est asinus. añs est falsum. qz illa nõ habet cõtradictoriam falsam. ¶Corollarium. Illa ꝓña: cuiuslibet ꝑpõnis cõtradictoria est falsa g̃ nulla ꝑpõ est vera: tenẽdo q ꝑpões sint multiplices: non valet. qz si crastolũ ille fieret: tm̃ hõ est al⁹. ⁊ nõ tm̃ hõ est al⁹. añs esiz vex ⁊ ꝓñs falsũ. qz q̃libz illaꝝ est falsa: ad min⁹ in certo sensu. negatiua est falsa ꝑut est vna de exclusso extremo. sed affirmatiua est falsa ꝑut est vna exclusiua. ¶Tenẽdo autẽ op-

Rñ. ad sophisma ꝟz Birl.

Rñ. ad sophisma ꝟz ꝟBarfiliũ.

positū est bona ꝓña. ¶Corollarium. Illa ꝓña: illa ꝑpō est vera. ⁊ habet contradictoriā. ḡ eiꝰ ꝯdictoria est falsa: bene valet. Et qñ dicit. sit casus insolubilis. ⁊ ponat qs in pontez ⁊ oēs ꝑtereuntes dicētes falsum ꝓiciat in aquam: ⁊ omnes dicētes verꝫ ꝓmittat ꝓtransire: ⁊ veniat vnꝰ dicēs ad eum. Tu ꝓiicies me in aquā. si facit: loquit verꝫ: debet eum dimittere. si nō facit: dicit falsum: debet euꝫ ꝓiicere in aquam vt ponit casus. ⁊ sic ambe ꝯdictorie apparēt vere. Tu ꝓiicies me in aquā. tu nō ꝓiicies me in aquā. Rndet q ꝓña bñ valet. qz q̄cunqꝫ ꝑpōne demōstrata p ly illa in añcedente si est vera: ꝯs etiā est verū. si falsa: añs etiaꝫ erit falsum. ¶Corollarium. Illa ꝓña. ois ꝑpō vel verū est ꝑpō vera. ḡ ois ꝑpō est vera. si totum distribuitur est bona ꝓña sed materialis. qz in sili nō sequit. ois hō vel asinus est asinus. ergo ois hō est asinꝰ. qz in casu q solum asini essent: añcedēs esset verum ⁊ ꝯs falsum. Si autem solum pars distribuit est falsa ⁊c.

Sophisma.

Omnis homo est animal ⁊ aliqs hō nō est illud. ¶Notāduꝫ Sophisma est ꝑpō hypothetica speciei copulatiue nō habens subiectum neqꝫ predicatum. Et est in nulla materia. neqꝫ ꝙuertitur. Et habet ꝓtradictoriam ꝑm mar. istam homo non est animal. vel omnis homo est illud ⁊ in disiunctiua iam ly illud etiam debet referri restricte. Alio modo habet ꝓtradictoriaꝫ negādo simpliciter ly ⁊c. ¶Secūdo notādum q ly illud in sophismate refert restricte. Ratio autem quare relatiuū refert in copulatiua restricte. Et in causali vel rationali ⁊ in disiunctiua vel ꝯditionali irrestricte. quia alꝫ ꝑpositio vera deberet negari vnde illa ꝙceditur. sortes est asinus vel ipse est homo. Et si relatiuuꝫ referret restricte ipsa fieret falsa. quia secunda pars etiam esset falsa. quia tātum valeret ipse sortes qui est asinus est homo. Sic etiam in illa. asinus est animal ⁊ nullum risibile est illud. que cōceditur. ⁊ tamen si relatiuum referret irrestricte ipsa esset falsa: vt patet. Item ista negatur sortes est animal. ⁊ ioannes est illud ⁊ tamen deberet concedi. quia etiam secunda pars valeret tñ Joannes est animal ⁊ sic ambe partes essent vere. Similiter ista negatur. deus non est omnipotens si ipse est creans. ⁊ tamē si relatiuuꝫ referret restricte esset vera quia valeret tātum. deus nō est oipotēs siipse deus qui nō est omnipotens est creans. Oꝫ autē sit vera probatur quia esset ꝯditionalis bona ꝯsequentia. ergo vera ⁊ necessaria ꝑpositio. ¶Ad sophisma ℞ spō ꝑm marsilium ⁊ ꝑm scholam vviennensem sophisma est falsum. quia ꝑm illos ly illud distribuitur per negationem latam in ipsum. Et sic secūda pars valet tātum. aliquis homo nō est animal. Secundo dicēdum ꝑm eosdem q si ly aliquis absoluit a genere sophisma est falsum ⁊ ipossibile. licet q̄libet pars sit possibilis tamē vt sic partes sunt sibi inuicem incōpossibiles. id est partes sibi inuicem repugnant. Si autem non absoluitur ⁊ restringit ly homo ad standum solum ꝓ viris tunc sophisma est falsum ⁊ possibile. vt in casu q nullus vir esset tunc esset verum. ¶Sed ꝑm Biridanum ⁊ cōmune scholā n parisiensem respondetur ad sophisma q sophisma est verum quia ꝑm tales ly illud supponit ꝯfuse tantum. Et sic secunda pars valet tātum. aliqs homo a animal qō est homo nō est. ita q ly a sit signum suppositionis confuse tātum ad ly animal. vel valet tātū aliquis homo non est omne animal qō est homo. ¶Corollarium, ꝑm Biridanū ille nō sunt ꝓtradictorie scilicet

Cur relatiuū i copla tiua refert restricte ⁊ i disiūctiua irrestricte.

℞ñ. ad sophisma ꝑz marſ.

℞ñ. ad sophisma ꝑz Birid.

sophisma. ⁊ illa. aliquis homo non est animal. vel quilibet homo est illud ⁊ secunda etiam est vera. qz iaz ly illud refert restricte sicut in sophismate. ⁊ sic valet tantuz quilibet hō est illud animal qō est homo. ⁊ sic refert antecedens in copulatiua. ¶ Corollarium. Quando arguitur contra sophisma petrus est animal ⁊ aliquis homo non est illud. ⁊ Paulus est animal ⁊ aliquis homo non est illud ⁊ sic de singulis. Et ergo omnis homo est animal. ⁊ aliquis non est illud. tenet consequentia per inductionem. ¶ Dicitur q̄ non sit inductio quia ly illud in antecedente ⁊ consequente equiuocatur Illud enim habet relatiuum relatum in antecedente q̄z in consequente. quia in antecedente tunc relatiuuz relatum est. Et aliqs homo est illud animal quod est petrus. Sed in consequente relatiuum relatum est. Aliqs hō non est illud animal quod est homo. Et tantum de tractatu relatiuorum.

De ampliationibus.

Circa tractatum Marsilij de ampliationibus. Queritur Utruz aliquis terminus possit ampliari? ¶ Notandum q̄ titulus vno modo sic formatur. Utrum aliquis terminus sit ampliatiuus. ⁊ est magistri Hugonis. ¶ Pro quo Nota q̄ subiectum eius est ly terminus. Et capitur ibi ly terminus sicut in diffinitione suppositionis. ⁊ ampliatur per ly ampliatiuus ad quattuor differentias temporz. ⁊ p̄dicatū est ly ampliatiuus qō est signum amplians ex octaua regula ampliationum habens ampliare. Et est in materia contingenti. Et conuertit sic. ergo ampliatiuū est terminꝰ q̄ est vt̄ potest esse. ⁊ est simili in materia contingenti. Et eius extrema non conuertunt. quia potens ampliari respectu copule de p̄ti supponit p̄ termino q̄ non est sed qui formabit. quia talis est potest ampliari. ⁊ tamen talis non est terminus. ¶ Scdo Notanduz q̄ p̄ns questio nō mouet q̄ sit dubia. cū sit p̄pō necessaria. vt in responsione patebit. Sed mouet ꝓpter ingrere modū per quem aliqs terminus ampliet. ⁊ quomō ampliatio habeat exprimi. Cur ista qō moueat

¶ Tertio Nota q̄ ampliatio est vna proprietas logicalis a ceteris distincta que ponit ad saluandum veritates ⁊ falsitates ꝓpōnuz. Ita ⁊ Aristoteles. j. Elenchorz innuit ampliationem per exēpla cum ponit illas duas: egrotus sanabat. ⁊ sanabat egrotus. que differunt solum in ampliatione. Ampliatio ē q̄dā p̄prietas.

¶ Respōsio ad questionem: q̄ q̄stio vt ꝓponitur est vera: imo necessaria. exquo ois p̄pō de pōt vera: est necessaria. Etiam ois terminus pōt ampliari. nec est instantia de conceptibꝰ. quia oēs tales etiam possunt imponi. Iz non a nobis sufficit tamē q̄ a potētia supiori ⁊ vniuersali q̄libet terminus in certo modo significandi potest ampliari. qa si est scriptus tunc q̄si capit materialit si est mentalis tunc q̄si significat se ⁊ adhuc erit suum significatum vltimatuz. quia q̄cquid terminus mētalis significat hoc vltimate significat. Rñ. ad qō nem

¶ Corollariū. Illa etiā est vera. q̄libet terminus in quolibet suo modo significādi potest ampliari quia quilibet vltra significationē quā actu habet potest imponi. Prīa ꝓpō

¶ Corollariuz. Illa etiā est vera. aliqs terminus ꝓ quolibet suo significato potest ampliari: put ly pro quolibet suo significato determinat ly terminus. alias aūt nō est instantia de ly chimera. Scda ꝓpō

¶ Corollarium. Illa etiā est vera. quilibet terminꝰ in certo modo significādi potest ampliare. quia Tertia ꝓpositio.

Terminus vbicunq; ponit eque multa ꝟcat.

per nouã impositionẽ. ¶ Cõsequẽter notãdũ q; terminus nõ ideo dicit ampliari q; ipse plura significat in vno loco q̃z in alio. quia termin⁹ vbicunq; ponit eque multa significat: vt dicit Hugo. ¶ Pro q̃ auctoritate est notãduz: q; hoc totum vbicunq; ponitur: põt determinare ly terminus vl̃ etiã ly significat. quicquid tñ determinat ipa semp de rigore ẽ falsa. quia ly loco semp distribuit pro omni loco. in quo termin⁹ ponitur: vt patet exprimendo suppositũ circa ly ponitur. Et est iudicandum de veritate ⁊ falsitate illi⁹ ppõnis sicut de ista q̃stione. Utrũ termin⁹ discretus in q̃cũq; ⁊c̃. Et etiam de singularib⁹ eius. ita q; dando singulares illius auctoritatis debet exprimi suppositus circa ly ponit irrestrictũ.

Intelligit

¶ Et intelligitur ista auctoritas sic. In omni loco in quo termin⁹ ponitur ꝟm certũ modum significandi totalẽ talis terminus significat eque multa in eodẽ loco. ⁊ ꝟm eundem modũ significãdi totalem acceptus. ⁊ hec est vã. ita facile excludunt argumẽta q̃ pñt fieri de ly hõ in istis. hõ est pictus ⁊ hõ est aial. Sic etiam de ly ens in illis ens est dictio ⁊ ens currit. Similiter de diuersitate significatoꝝ in illis. lupus est animal ⁊ lupus est in fabula. Dicitur g̃ terminus sic ampliari q; ipe

Rõe cuius tminus dr ampliari.

supponit ad plures differentias tempoꝝ in vno loco q̃z in alio. ¶ Contra hꝫ arguit. terminus in vno loco plura significat q̃z in alio. g̃ dicta falsa. Assumptuz ꝑbat. q; termin⁹ in vno loco supponit ꝑ plurib⁹ q̃z i alio. saltẽ ipe vl̃ suus synonim⁹. g̃ talis in vno loco plura ꝟcat q̃z in alio: tenet ꝯña ab inferiori ad superius.

Argr̃ ꝓmo

¶ Cõfirmat. Nullus termin⁹ ampliat aliũ. g̃ ille tractat⁹ frustra. Assumptũ ꝑbat. q; nullus termin⁹ agit in aliũ. g̃ null⁹ tmin⁹ ampliat aliũ

Secundo.

tenet ꝯña a superiori negato ad inferius.

Tertio

¶ Confirmat oia pñt saluari per amplam exceptionem. ergo nõ est ponenda ampliatio. Assumptũ ꝑbat q; vbicunq; est ampliatio ibi est ampla acceptio: ⁊ non econuerso.

Rñ. ad ꝓm

¶ Ad pmũ rñdet. negando ꝯseq̃ntiam. nec arguit ab inferiori ad superius. saltem rõne totius: q; hoc totũ supponẽs ꝑ plurib⁹ in vno loco q̃z in alio nõ est ire rius ad hoc totũ plura significans in vno loco q̃z in alio. licet bene ly supponere sit inferius ad ly significare.

Ad secũdũ

¶ Ad scõm rñdet. negando ꝯseq̃ntiam neq; termin⁹ ideo dr ampliare alium q; ipse agit in aliuz. nec vt sic agere dicit superi⁹ ad ampliare in ꝓposito. nã ly ampliatio in ꝓposito est termin⁹ scõe intentionis. Sed terminus tõ ampliat aliũ q: est signum illius q; alter

Ampliatio capitur dupliciter

ꝓpter ipsum accipitur ad plures differentias tempoꝝ. Et ille termin⁹ ampliatio q̃ accipitur actiue tunc est terminus amplians ⁊ capit ibi ly terminus large ita q; syncategorema etiam sit termin⁹: q: purum syncategorema

Secundo.

ampliat. vt ly. fuit ibi. homo fuit animal. Q̃q; vo accipit passiue pro termino q; ampliat. ⁊ sic capit in diffinitiõe sequenti vt patebit. Sed ibi capit

Tertio

ly terminus solũ ꝑ termino categorematico. Sic etiam potest capi actiue ⁊ passiue. simul. ⁊ tunc est signum ampliãs ⁊ termin⁹ q; ampliat. ⁊ sic bene dat vnus terminus q; est ampliatio actiue ⁊ passiue simul. vt sortes currit vel curret ꝑt verba sunt simplicia est ampliatio actiua q: ampliat subiectũ. ⁊ cũ hoc passiua: q: seipsuz. ⁊ sic tunc idem ampliat seipsuz.

Ad tertiuz

¶ Ad tertium respondet. Concedendo q; oia possunt saluari ꝑ amplam acceptionez Sed negetur q; ergo non sit ponenda ampliatio. nam illud est malum argumentum omnia possunt saluari sine illo. ergo non est ponendum. Verũ est q; de rigore etiã est falsuz videlicet q; oia possunt saluari sine ampliatione. Illud tñ verum est vbicũq; est ampliatio ibi est ampla acceptio ⁊ nõ

ecõuerso. ¶Et Aristoteles in Elenchorũ determinat de ampliatione in ꝫ qꝫ ponit differentias inter illas duas ꝓpositiones laborans sanabatur ⁊ sanabat laborãs. ⁊ ꝑ laborãtẽ itelligit febricitantẽ. ¶Et subiectũ illi⁹ tractat⁹ est ille termin⁹ ampliatio secunde impositionis ⁊ eius ꝓpria passio est hoc totum. Suppositio terminí respectu diuersarũ differẽtiarũ tẽpoꝝ diuisim. Subiectuꝫ ⁊ ei⁹ ꝓpria passio.

Sophisma.

Album fuit sortes. ℙro isto sophismate ẽ notãdũ. qꝫ casus sophismatis quẽ hugo ponit est iste. qꝫ sortes sit iã ꝑ alb⁹ ⁊ ꝑus fuerit sed nõ fuerit alb⁹ ſꝫ niger. Et i illo casu ly iã põt iportare tps diuisibile ⁊ tunc casus est nãlr polis vt si iportaret illã totaꝫ horam. ⁊ sit sensus qꝫ sortes ꝓmo in illa hora sit albus ⁊ pri⁹. i. añ illam horã fuerit. ſꝫ nõ fuerit alb⁹ sed niger. ⁊ ꝫ est naturalr possibile. Si aũt importat tps indiuisibile. ita sit sensus qꝫ sortes iam ꝓmo. i. in illo instanti sit albus ⁊ prius. i. ante illud instans nõ fuerit albus ſed niger. ⁊ tũc casus est impossibilis naturaliter. qꝛ nulla tota latitudo gradualis acgrit simul ꝑ eodeꝫ instanti ſaltez naturaliter vt dicit Aristo. iij. phyſicoꝝ qꝛ quelibet successiue acgritur. Et rõ est resistentia q̃litatis ꝓtrarie. ⁊ tñ possibilis est supernaturaliter. qꝛ deus põt in instanti ꝓducere summam albedinem in sorte. ¶Casus vt in ꝓposito est admissio alicuius ꝓpõnis cũ defensione eiusdẽ ꝫ certum statum. vt casus sophismatis est talis ꝓpositio vel ꝓfilis q̃ exꝑmit sortem iaꝫ esse albũ ⁊ prius fuisse nigrum. Casꝰ sophismatis

¶Ulterius est notandũ qꝫ stãte casu sophismatis ille terminus albũ adhuc ampliat. sed nõ ampliat ꝑ sorte. sed ꝑ alia re alba. Sed accipit ample ꝑ sorte. Sed si ponitur casus ꝑ qualibet re alba qꝫ etiã ꝑus fuerit nigra cũ casu sophismatis. tũc ille terminus albũ adhuc ampliat. ⁊ tunc ꝑ nullo ampliat. ⁊ ampliatur ꝑ aliq̃ ⁊ ibi ly aliq̃ stat cõfuse tñ. Albũ i casu sophismatis ãpliat

¶Quia isti termini ampliat. ampliat. restringit. restringit. alienat. alienat. ampliant termino quos regunt mediante ꝓpositione ꝓo ⁊ faciunt eos stare cõfuse tñ. Qꝛ aũt ly albuꝫ ꝓo nullo ampliet in tali casu probatur sic. qꝛ quodcunqꝫ suuꝫ significatũ dat ꝑ isto nõ supponit ad diuersas differentias temporꝝ, sed solũ ad vnam. Et iterum nota. qꝫ sophisma mouetur ꝑ pter hoc qꝫ sciat ꝑ quo terminus cõnotatiuus amplietur. exquo terminus supponit ꝓo omni suppositio sibi correspondente ad copulã ad quã accipit an ergo ꝑ omni tali etiã amplieꝫ ⁊ videt qꝫ nõ. sed solum ꝑ illo qõ sibi corrñdet ad minus ad duas differentias tempoꝝ. Regula

¶Principalius nota. qꝫ album est res habens in se vel in supficie exteriori in maiori eius pte sufficiẽtẽ albedinẽ ꝑ ipsius denoiatione ⁊ ꝑm vulgarez denoiationẽ ⁊ talit q̃lit suf ficit denoiari a tali. Dicit notãter ꝑm vulgarem denominationẽ. qꝛ ethiops etiã habet in se sufficientẽ albedinem. qꝛ in ptibus interioribus. Lur suphis ma mouea tur.

¶Potest tamen sufficienter sic describi. Album est res habens. ſ. in superficie exteriori ⁊ maiore sua pte ꝑm se ⁊ quodlibet sui sufficientem albedinem ꝑ sui denominatione. vel est res indiuisibilis cui inheret sufficiens albedo. Albũ gdit

¶Ultimũ dicit ꝓpter summã albedinẽ q̃ si esset in puncto indiuisibili tũc tale eẽt albũ ſꝫ nõ videat qꝛ nõ est q̃ntuꝫ. Et nisi illa pticula addat sequit qꝫ aliquid esset albũ ⁊ ei⁹ ptes nõ. vt ꝑz de puncto q̃ sunt ptes cõtinui. ¶Itẽ Aristo. j. Topicoꝝ dicit. Qui dubitat deos vereri aut parentes honorare non indigetrõne sed pena. Et q dubitat qꝫ nix sit alba nõ indiget ratione sed sensu. Vult tantũ qꝫ iõ nix apparet alba qꝛ radij incidentes supꝫ guttulis disconꝫ

tinuatis ⁊ disgregatis reflectũtur ⁊ qz lux de se visa apparet alba. ſ̃ nix apparet alba. Sz q dicit Aristo. q nix sit alba. cepit albũ ꝑ lucido. ¶Quibus ꝓmissis rñdet ad sophisma. q sophisma vt ꝓponit est verum stante casu sophismatis qz est indefinita affirmatiua cuius extrema supponunt ꝑ eodem Et ꝓbatur sic. Hoc fuit sortes. ⁊ hoc est vel fuit albũ. ergo album fuit sortes expositorie Sed illa albũ est sortes nõ est eius de pñti. saltẽ penes quaz attẽ dit veritas eius. qz illa nunq̃ fuit vera sed illa est eius de pñti hoc est sortes vel sortes est sortes qz iam subiectum est terminus connotatiuus. ergo ponendo eam in esse debet mutari in terminuz absolutũ. vel in ꝓnomẽ demõstratiuuz demõstrãs rem ꝓ qua talis terminus supponit. Et ad veritatem ꝓpõnis de ꝑterito nõ requirit q habeat vnã de ꝓsenti veram. qz staret q talis de pñti nunq̃ fuisset formata. ¶Sz ad veritatẽ vbi ambo extrema accipiũtur ad copulam de ꝑterito. sic q nõ ponit ibi aliq̃ determinatio ampliatiua vel restringẽs tũc requiritur q eius de pñti si esset formata aliqñ fuisset vera. Sz ad ꝓpõnis veritatẽ de futuro vbi ambo extrema ⁊c. requiritur q habeat vnam de pñti q̃ aliqñ erit vera. Dicit vbi ambo extrema ⁊c. propter tales vel ꝓsiles. albũ possibiliꝫ fuit sortes. album qõ est fuit sortes qui est. ¶Contra sophisma arguit. sophisma est falsum. g̃ male ꝓcessum. ꝓbatur. qz q̃libet eius singularis est falsa. ꝓbat. qz illa est falsa. hoc album fuit sortes ꝓbat. qz seqtur bene. hoc albũ fuit sortes. ⁊ sortes fuit qñ nõ fuit hoc albũ g̃ sortes fuit qñ nõ fuit sortes. ¶Confirmatur. Sequit bene album fuit sortes. g̃ sortes fuit albꝰ. tenet ꝓña ꝑ ꝓuersionem. ¶Confirmat. Album incipit esse sortes. g̃ nullũ album est sortes. Assumptuz ꝓbatur sortes incipit esse albus ergo albũ incipit esse sortes. tenet ꝓña. qz nomina ⁊ verba transposita idez significãt. ¶Ad ꝓmũ rñdetur negando assumptum ad ꝓbationem negetur ꝓña nec est syllogismus expositorius. quia mediũ in minore nõ eque late negatur respectu copule minꝰ ꝓncipalis ad quã accipit sicut affirmat in maiore qz negat solũ ad fuit. ⁊ g̃ minor deberet sic formari ⁊ sortes fuit quando non fuit hoc album qõ est vl fuit. ¶Ad secundũ rñdetur. negãdo q sit conuersio. qz arguit ab amplo ad nõ amplum sine distributione ampli respectu ly albũ. Sed deberet sic ꝓuerti. ergo sortes fuit album qõ est vel fuit. ¶Ad tertiũ respondet. ꝓcedẽdo primã ꝓsequẽtiã ⁊ negetur secũda. per quã ꝓbat antecedẽs ꝓme nec tenet ꝑ regulã. noia ⁊ verba ⁊c. quia ly incipit in antecedẽte dicit inceptionẽ ꝓm quid eo q ipsum sequit terminꝰ ꝓnotatiuꝰ. sed in ꝓñte dicit inceptionem simplr. qz ipm sequit terminus absolutus. Sic etiam illa ꝓña nõ valet. albũ incipit esse sortes albus. ergo album incipit esse sortes quia hoc totũ sortes albus sequit ly incipit qõ est terminꝰ ꝓnotatiuus. Sic etiã nõ arguit a pte in modo ad totũ. qz arguitur a dicto ꝓm quid ad dictũ simpliciter. ¶Corollarium. nõ sequit hoc fuit sortes. ⁊ hoc fuit nõ albũ. g̃ nõ albũ fuit sortes. Quia arguit. a nõ amplo ad amplum cum distributione ampli rõne ly nõ albũ in minore ⁊ ꝓclusione. ¶Corollarium. Illa est bona ꝓña. aliud ab albo fuit sortes. g̃ nullum album fuit sortes. Et nõ sequitur ꝓbãdo antecedẽs hoc fuit sortes. ⁊ hoc fuit aliud ab albo. ergo aliud ab albo fuit sortes qz rõne ly albo arguitur a non amplo ad amplũ cum distributione ampli. ¶Corollariũ. Illa ꝓña est bona albũ fuit sortes. g̃ albũ nõ fuit sortes quia ꝓñs est necessariũ. quia eius cõtradictoria est impossibilis omne album fuit sortes qz qñ sortes est albus tunc materia sua etiã est alba.

Rñ. ad sophisma.

Quid regrat ad vitatẽ ꝓpõnis de ꝑterito vel futuro.

Arguit ꝓ sophisma primo.

Secundo.

Tertio.

Rñ. ad ꝑm

Ad 2m

Ad 3m

Declarat aliqs ꝓñtias. Prima

Secunda

Tertia

ꝛtalis non est ſortes. Unde materia prima proprie est alba. qꝛ album est terminus de tertia ſpecie qualitatis ꝛ denoiat ſubiectum tam rõne inheſionis q̃z denoiationis. Sed cõceditur ad talem ſenſum. omne albũ totale fuit ſortes. ¶Corollarium. Illa ꝓña nõ valet. album fuit ſortes. ergo albedo fuit in ſorte. qꝛ in caſu ſophiſmatis. antecedens est verum ꝛ ꝓſequens falſum. Sic etiam illa nõ valet. ſortes fuit album. ergo album fuit ſortes. vt ſi prius iude us fuiſſet albus. ꝛ iam primo baptizaretur ꝛ vocaretur ſortes. Antecedens eſſet verum ꝛ conſequens falſum. Idem dicatur de iſta. ſortes fuit homo ergo homo fuit ſortes. ¶Corollariuz. Illa nõ valet. albedo fuit. ergo album fuit ſiue albedo capiatur abſolute ſiue cõnotatiue qꝛ ſi albedo vt tria fuiſſet in aliquo ſubiecto ꝛ nulla alia albedo fuiſſet tunc omnis albedo fuit capiendo cõnotatiue ꝛ tamen tunc nullum album fuit. Si autez capiꝫ abſolute tunc ſi deus ſeruaſſet ſufficientem albedinem. ita qꝫ nullum ſubiectum habuiſſet in ſe albedinem. tunc antecedens eſſet verum ꝛ conſequens falſum. ¶Sic etiam illa nõ valet. albedo fuit. ergo albedo fuit albedo. quia ſi partes graduales prius fuiſſent ſeparate. ꝛ iam primo vnirentur. antecedẽs eſſet verum ꝛ conſequẽs falſum. ¶Corollarium. Illa conſequentia nõ valet albuz fuit ſortes. ergo albedo fuit ſortes. Nec tenet per regulam. per locum a coniugatis. Quia regula intelligitur de concretis ſm ſub ꝛ ſupra quiditatiue. vel regula tenet in predicatione eſſentiali quod idem eſſet. Sed illa omne album fuit ſortes. ergo homo est aſinus. bene valet quia antecedens est impoſſibile. quia impoſſibile est quod compoſitum ſit album ꝛ non materia eius. quia materia proprie est alba ratione inheſionis. ¶Sz illa omne album est omne album. ergo homo est aſinus non valet quia in caſu qꝫ ſolum res indiuiſibilis alba eſſet: antecedens eſſet verum ꝛ conſequens falſum. Sed quando dicitur. antecedens est falſuz. quia in ea enunciatur vniuerſale vniuerſaliter ſumptum ꝛc̃. ergo ex regula. Reſpondetur qꝫ regula intelligitur quando tale vniuerſale habet actu plura ſuppoſita. ¶Corollarium. Illa conſequẽtia ſortes est albiſſimus ꝛ ſumma albedo est. ergo ſortes est ſumma albedine albiſſimꝰ nõ valet vt ſi ſortes eſſet albus vt octo. ꝛ omnes alie res ſolũ vt ſeptẽ ꝛ ſumma albedo eſſet extra ſubiectũ aũcedens eſſet verum ꝛ ꝓñs falſum. ¶Corollarium. Accidẽtis bene est accidens denoiatiue vt patet de magnitudine que denoiaꝫ eſſe magna ſed non cuiuſlibet vt patet de illis que denominãt ꝓciſe rõne inheſionis quare albedo nõ est alba.

Utrum diffinitio ampliationis ſit bona. ¶Notãdũ qꝫ in illa qõne ille terminꝰ ampliatio ſtat materialiter ꝛ ſupponit ꝓ ſe ꝛ ſibi ſili. Et ſic ſenſus est. vtrũ diffõ iſtiꝰ termini ampliationis vꝫ ſibi ſilis ſit bona. ¶Scdo notãdũ. qꝫ diffõ de q̃ q̃rit qõ quã mouet hugo est ipius marſilij. Et talis ſuppoſitio termini ꝓ ſuis ſignificatis reſpectu diuerſoꝝ tempoꝝ indifferẽter. ¶Et illa diffinitio nõ valet de rigore. quia ſequereꝫ qꝫ nullus terminꝰ ampliareꝫ. qꝛ nullus ſupponit reſpectu diuerſoꝝ tempoꝝ. exquo ly tpoꝝ iam de rigore accipiꝫ ꝓ termino prime intẽtionis ꝛ ꝓ tpe reali. mõ tẽpus reale nõ ingrediꝫ ꝓpoſitionem. Etiam ſi ille particule caperẽt logicaliter adhuc nõ valeret. qꝛ ſequeretur qꝫ ly hõ in iſta hõ est ꝛ fuit ampliareꝫ put est vna categorica de copulata copula. quia ſupponit reſpectu diuerſoꝝ tempoꝝ copulatim. ergo ſupponit reſpectu diuerſorum temporum. ¶Corollarium. In ꝑdicta diffinitione ly reſpectu regiꝫ

Quarta.

Quinta.

Sexta.

Septima.

Octaua.

Diffõ de rigore nõ valet.

ex vi cause ſz ly diuersoꝝ tpoꝝ regit ex vi idētitatis qz respectus diuersoꝝ tempoꝝ a pte rei est ipm signum met importās differētias tēpoꝝ dſuersas

Mullus termin⁹ fict⁹ ampliat.

¶Corollarium. Mullus terminus fictus potest ampliari vt sic. quia quilibet talis supponit solum ad vnam differentiam temporis. ſ. imaginatur quia; ſignificat rem que non potest esse vt chimera hircoceruus tragelaphus.

¶Corollariū. Terminus discret⁹ etiā accipit ꝑ suis significatis z habet significata. licet nō vniuoca sed equoca z talia sunt eque bñ significata sicut vniuoca. ¶Ulterius quo est aduertendū: q significatū termini est res que est vel fuit vel erit vel potest esse vel pōt imaginari esse quā talis terminus significatione totali significat. Uel omittantur ille differentie z dicatur sic. Significatū termini est res quā termin⁹ significatione totali significat. Et sic ille due ꝓpōnes differūt. significatū termini est res. z res est significatum termini. qz in secunda ly res ampliatur ad quinqz differētias tempoꝝ. quia ly significat importat actū anime interiorē. in ꝓma vo nō ampliat. Sic etiā antichꝛis est significatū illius termini homo: licet nullū significatū illi⁹ termini hō sit antichꝛis. Dicit notanter: significatione totali. qz sortes nō est ꝓpriū significatum illius copulati: sortes z plato qz hoc totū copulatū significatione totali non significat sortē. sed sortem z platonem simul.

Significata termini.

¶Sed significata termini sunt res quaꝝ quālibet talis termin⁹ significatione totali significat. vt plures homines sunt significata hui⁹ termini hō. Sed due medietates sortis nō sunt significata hui⁹ termini sortes. quia nō quālibet eaꝝ significat. sed ambas sil'.

Differētia tpalis est duplex. Differētia tpalis logicalis.

¶Ergo nō valet ꝯña. Illa duo significātur per illuz terminū g̃ illa duo sunt significata illius termini. qz aliqua plura bene significāt copulatim vt vnuz significatū. ¶Consequenter notandū q differentia est duplex. ſ. realis z logicalis. Differētia tpalis realis nō est aliud nisi vna pars tēporis differēs ab alia. vel est ipm tps met qō differt ab illo. Et de illa non est ad ꝓpositum. Sed differentia tpalis logicalis de qua ad ꝓpositum. Est signum nihil importās subſtractiue nec cōnotatiue ꝓter tps ꝑ modum ꝓsentialitatis. ꝓteritionis vel futuritionis vel possibilitatis: z vt sic nō importās tps ꝑ modum mēsure distātie vel indistātie. quod dicit ꝓpter illos terminos ann⁹ dies ꝛc. Sic etiam hodie z heri important tps ꝑ modum distantie vel indistantie. Sil' qui currit: qui legit. nō est differētia tpalis: licet bñ icludāt differētiam.

Cōceptus tpalis.

Exꝑmit autez differētia tpalis cōiter per talia signa: quod est: qō fuit: quod erit. ¶Sed cōcept⁹ tpalis est terminus naturaliter ꝓprie connotās tēpus vel importans tps cōnotatiue. vt in tpe ꝓsenti. in ꝓterito tempe ꝛc. Et dicitur: nō cōnotans tps ꝑ modū mensure. ꝓpter talia signa: in anno: in mense ꝛc. Et tales cōceptus tpales. vꝫ. ponūtur solum in mēte: non in voce: nec in scripto. Et tales cōceptus sunt simplices in mēte: licet cōplexe exꝑmant

Signū importat diuersas dūas tpm tribus modis Primo. Secundo.

Septus tñ vnum ponit ꝓ reliquo. ¶Et itez Nota q Signum dicitur importare diuersas differētias tempoꝝ trib⁹ modis. ¶Formaliter tñ. vt illud qō apud grāmaticū est diuersoꝝ tēpoꝝ. vel qō est aggregatū ex verbis que apud grāmaticū sunt diuersoꝝ tempoꝝ. Exemplū ꝓmi. vt legit qō est ꝓsentis z ꝓteriti tēporis. Scdo: est vl fuit. ¶Scdo vtualiter tñ. vt illud quod apud grāmaticū nulli⁹ est tpis: nec etiā est aggregatū ex hmōi dictionibus que importāt sic diuersas differētias tpm. qō tñ est signū illius q intellect⁹ accipit terminum in ordine ad ipm acti secum exꝑsse poneret aliqō signum qō importaret diuersas differentias tpm. vt noia verbalia in tiuum z bile-

terminata. ⁊ multe alie dictiões que apud grãmaticũ nullius sunt temporis ¶Tertio formaliter ⁊ virtualiter simul vt illud qð importat vnam vel plures formaliter: ⁊ aliam virtualiter solum: vt verba ꝓteriti ⁊ futuri tpis. etiam participia. vñ ly fuit importat tps ꝓteritum formaliter ⁊ tps ꝓns virtualiter. Et sic nõ valet ꝓña. ille terminus importat plures differentias tempoꝝ. ꝯ significat plures differẽtias tpm. nec ly importare est inferꝰ ad ly significare Et debet ly importare capi large vt extẽdat se ad omnia. qz ꝓprie loquendo importare virtualiter non est importare. ¶Debet ergo diffinitio vna cum diffinito sic poni. Ampliatio est suppositio termini ꝓ suo significato vel suis significatis respectu signi importãtis diuersas differẽtias tẽporum in ordine ad talẽ terminũ sic supponẽtem respectu pluriũ earuꝫ disiũctim. Et capit ly ampliatio ꝓ termino qui ampliat passiue. Dr: ꝓ genere diffiniti suppositio. Et sic patet qꝫ nullus terminꝰ nõ supponẽs ampliat. ¶Et in hoc sic habetur differẽtia inter ampliationẽ ⁊ amplam acceptionẽ. Nam ampla acceptio est acceptio termini ꝓ suo significato ⁊c. addendo alias particulas. Ulñ ad hoc qꝫ terminus accipiat ample nõ oportet qꝫ supponat ad diuersas differẽtias tẽporuꝫ: imo nec oportet qꝫ supponat. vt patet de ly antichꝛis ibi: antichꝛis est vel fuit. Et ly termini in diffinitione regit a ly suppositio ex vi idẽtitatis. Et sic suppositio termini est terminus met supponens. Dicitur: pro suo significato: ꝓpter terminos discretos. Dicitur: pro suis significatis: ꝓpter terminos cõmunes. Dicitur: respectu signi. ⁊ debet capi ly signũ ꝓ signo cõplexo vel incomplexo. ⁊ nõ oportet addatur: vel signoꝝ. qz ois terminus qui ampliat ille ampliat ad mũus ꝓ signum cõplexuꝫ. Dicitur: importantis ⁊c. Ulñ illud signũ dicitur importare diuersas differẽtias temporũ qð est signuꝫ illius qꝫ intellectꝰ recipit talem terminũ in ordine ad ipm ad plures differẽtias tpm acsi exꝑsse se cum ponerentur plures differẽtie tpales. ¶Pro quo Nota qꝫ hoc fit dupliciter. ſ. copulatim ⁊ disiunctim. Disiunctim quãdo importat plures differentias tempoꝝ q̃ vt sic nõ cõiungunt copulatim sed diuisim. ¶Sed copulatim tunc qñ tales differẽtie cõiunguntur copulatim vt ibi: hõ est ⁊ fuit. Dicit in ordine ad talẽ terminũ. qz ly animal nõ ampliat in ista: hõ fuit aial. quia ly fuit non importat diuersas differentias temporum ad ipm: sed solũ ad subiectũ. Et ratio illius est in voce vel in scripto regula ¶Marsilij. Sed in mente est naturalis modus cõcipiẽdi ipsius intellectus q accipit terminũ sicut sibi repñtat in voce vel in scripto. Dicit: respectu plurium eaꝝ supponẽs. ꝓpter ly Adam ibi: Adam fuit animal. ⁊ ꝓpter ly antichꝛis ibi: antichꝛis erit animal. Unde oportet si terminus debet ampliari qꝫ supponat ad minus ad duas differentias tempoꝝ quas tale signum importat. Dicitur: disiunctim. ꝓpter ly homo in ista: homo est ⁊ fuit animal. qð nõ ampliat ꝑut est vna categorica. ¶Rñdeo ad questionem. Diffinitio ampliationis intellecta modo quo supra est bona. ¶Si autẽ titulus sic formaret Utrũ diffinitio data a ¶Marsilio sit bona. illa esset falsa de rigore. Et licet in ea subiectum supponat. qz est terminus ampliatiuꝰ ꝓpter ly data. tñ extrema nõ supponũt ꝓ eodẽ. ⁊ ly marsilius accipit ad tempꝰ ꝓteritũ ꝓpter illud participiũ data. ⁊ sic subiectũ supponit ꝓ eo qð nõ est: sed fuit. predicatum aũt pro eo qð est. ¶Arguit ꝓtra dicta. Si diffinitio staret. sequeret qꝫ ly homo ibi ampliaret: hõ qui est fuit animal. ꝑbat ꝓ totã diffinitionẽ. Cõsequẽs vꝰ falsum. qz ly hõ solũ accipit ad copulã minꝰ ꝓncipalẽ. ¶Consequenter

Tertio.

Intellectꝰ diffinitionis.

Ampliatio differt ab ampla acceptione.

Signuꝫ dr importare diuersas dras tpm Disiũctiꝫ. Copulatiꝫ.

Rñ. ad qõnem.

Arguit ꝓ diffinitionem. Primo. Secundo.

sequit q iste termin⁹ homo in ista: hō erit vel fuit aial nō ampliaret. qa nō
Tertio supponit disiūctim ad diuersas tē. ¶Cōfirmat. Sequit q ly hō ibi amplia
ret: hō est aial. absoluendo copulā a tpe. pbat. qr in eius equalēte ampliat.
nā illa est ei⁹ equalis: hō est vel fuit vel erit vl pōt esse aial. in q ampliatur.
Quarto. ergo. ¶Et iterū. Ly hō in ista: hō est aial supponit ad plures differentias
tpm. etiam nō absoluendo. quia supponit ad est vel fuit. z omne est vel fuit
importat diuersas differentias tempoꝝ. ergo supponit ad diuersas differen
tias tēpoꝝ z maior pbat. qr supponit ad est q supponit ad est vel fuit. tenet
Rñ. ad ꝓm consequētia a pte disiuncti ad totū. ¶Ad ꝓmū rñdet. capiendo ly q est pure
differētialiter z nō restrictiue. cedēdo q ly hō āpliat. nec tūc ly hō accipit
ad copulā min⁹ pncipalē. sz solū ad copulā pncipalē. z sic valet illā. hō fuit
aial. Capiēdo aūt restrictiue tūc nō ampliat qr sic accipit ad copulā minus
pncipālē soluz. z hoc ꝑm Marsiliū q tenet q dūe tēporales sint partes extre
moꝝ tunc hoc totū est subiectū. hō q est. z ꝑ totū ampliat p ly fuit. sz ly hō
nō ampliat p ly fuit. Sz ꝑz aliā viā solū ly hō ē subiectū z iterū nō ampliat.
Ad scōm ¶Ad scōm respondet cedēdo q ly hō ampliat z supponit disiunctim ad
differētias diuersas tēpoꝝ. sz ibi ponat cōiunctio copulatiua. tū talis nō ca
pit ꝑ copula pncipali cōiungēte pcise ista verba expresse vel iplicite iclu
sa circa sz fuit. valet eni propositio tm hō qui est vel fuit fuit z erit anial. Tū
aliud est dicere homo est z fuit vel erit anial. z homo est vel fuit z erit ani
mal. Naz ista est vera. antichristus est vel fuit vel erit animal. z illa est falsa.
Ad tertiuz antichristus est vel fuit z erit animal. vt patet. ¶Ad tertiū respondet. negā
do assumptum. Ad pbationez dicenduz est q talis ꝓpositio non valet ali
am formaliter sed aliā virtualiter. z quo ad verum z falsum. Et termin⁹ in
ꝓpositione cuius copula est absoluta a tempore dicitur capi impropie ad
quinqz differentias tempoꝝ. quia nō accipit ad presens ꝓteritum nec futu
rum. z sic non esset ratio quare potius acciperetur ad vnam ꝯz ad aliam Ta
men terminus bene ampliatur in propositione cuius copula est absoluta a
tempore. sed non. ꝑ talem copulam. quia talis nullaz differentiam tpis im
portat sed ampliat per alium terminum. vt ly homo in illa. homo est moz
Ad quartū tuus absoluendo copulam. ¶Ad quartuz rñdet: distinguendo quia vel ly
est vel fuit capit materialiter. tunc negat assumptū. nec tunc valet ꝓbatio
a parte disiuncti ad totū. quia tunc hoc totum est vel fuit. nō est disiunctum
sed est vnum nomen materialiter captum. Si aūt ly vel capitur ꝓsonaliter
z ly est z fuit materialiter tunc cedatur consequentia. z negetur minor vz
q omne est vel fuit importet diuersas differentias tempoꝝ. Si autem mi
nor formaretur personaliter iterum non valeret. quia argueretur ex puris
particularibus. Si aūt ly est capitur personaliter z ly fuit etiaz. tunc ipsa est
incongrua. quia illa prepositio ad non habet deseruire illis verbis. ¶Corol
larium dicendo sic. Homo currit vel curret. si verba sunt incomplexa tunc
ambo. extrema ampliantur z sic idem ampliat seipsum. ¶Corollariuz Sub
iectum illius non ampliatur sortes amat vel amauisset. quia non est propo
sitio. ¶Corollarium. dicendo sic. Ade conceptus est in corde meo ly ade
ampliatur per ly conceptus. z non oportet q sequatur illum terminum cō
ceptus quo ad ampliationem. licet bene acquiratur quo ad appellationez.
¶Corollarium dicendo sic. Maria assumpta est in celum ly maria ampliatur
z habet significatum correspondens ad est z ad fuit. quia credimus q

maria cum corpore ⁊ anima sit in celo. ¶ Corollarium. Ille due stant simul ante creationem mundi nihil fuit ⁊ antecreationem mundi deus fuit. quia in secunda de rigore logice copula absoluitur. exquo subiectum in ea significat rem adequate independentem. ¶ Corollarium dicendo sic. Aliud a vero erit verum. ⁊ aliud a vero est verum. in illis duabus sunt duo termini supponẽtes: quor vnus ampliat ⁊ alter nõ. ⁊ ille q ampliat supponit p paucioribus q̃ ille q nõ ampliat. ¶ Corollariuz. Subiectũ illi⁹ instãs vel Adam erit ampliat: ⁊ nec p instãti nec p adã: sed ampliatur disiunctim pro illis. Sic patet q alqd totum ampliatur cuius nulla ps ampliat. ¶ Corollarium. Dicẽdo sic. sol est: sol fuit. ly sol in ambabus supponit pro equemultis. ⁊ tamen in vna ampliatur ⁊ in alia non.

Sophisma.

Omne creans necessario est deus. ¶ Notãdum q casus sophismatis est q deus actu nihil creet ⁊ immediate post hoc creabit. Nec copulatiua in re est casus sophismat⁹. Et ponit casus ppter inuestigare vtutẽ ⁊ cõnotationẽ illius termini creãs. vel etiã p pter denotationẽ illius modi necessario. ¶ Scõo Notãdũ q ly creãs capit duplicit. s. noialiter. ⁊ tũc est illud qd natũ est creare. Alio mõ particulariter videlicet p illo qd actu creat. Et dupl'r. s. large ⁊ stricte. Large pro q̃libet dependente vel independente creante. Et tũc creãs dr illud qd pducit aliquid ex nihilo nõ curãdo an hoc fit vtute ppria: vel alterius. ⁊ sic angelus potest esse creans: etiam hõ. Alio mõ stricte: vicz solum p creãte independẽte. ⁊ tale est creans qd pducit alqd ex nihilo vtute ppria. ⁊ sic solus deus est creans independẽs. ¶ Tertio Notãduz q ly necessario in q̃stione potest determinare ly creãs vel copulã vel etiã pdicatũ. ⁊ ꝑm hoc diuerificabitur veritas sophismatis. ¶ Est ergo respõsio ad sophisma ⁊ multiplex ꝑm diuersos ei⁹ sensus. Et Primo⁹ put ly necessario determinat copulã: ⁊ copula absoluit a tpe: vel importat intrinsecã durationẽ rei. sic sophisma est verum ⁊ necessariũ. ⁊ ei⁹ subiectũ verificat sic: hoc est possibiliter creãs. sed pdicatum sic: hoc necessario est de⁹. ⁊ subiectum nõ verificat sic: hoc est necessario creans. Quia est Regula cõis. Predicatũ verificat mediãte copula determinata taliter ⁊ nõ subiectum. Et sic sophisma est in materia cõtingenti. ¶ Secundus sensus ꝑt ly necessario determinat ly creans: tũc sophisma est falsum ⁊ impossibile q̃quo modo accipiat ly creãs. qr subiectũ pro nullo supponit. ⁊ vt sic sophisma est in materia remota. ¶ Tertius sensus prout ly necessario determinat copulã: ⁊ copula importat tps sic q nõ absoluitur a tẽpore. sic sophisma iterum est falsum ⁊ impossibile. ⁊ est in materia remota. Et tũc valet sophisma tantũ. omne creans necessario in tẽpore est de⁹: qd est falsum: exq̃ nullus tps est necessariũ. Sed q cõiter ꝓcedit in isto sensu: hoc est ꝑt copula iportat intrinsecã durationẽ rei. vel ꝑt absoluit a tempore. ¶ Quart⁹ sensus est capiẽdo ly creãs large. vz. tam p creante dependente q̃ independente qcqd etiam determinat ly necessario preter hoc q copula absoluit a tpe: sophisma est falsum ⁊ impossibile: de angelo videlicet. ¶ Cõtra dicta arguit. Sophisma in sensu cõcesso est falsum ergo. qr ex eo sequitur falsuz. qr sequit bñ: omne creãs necessario est de⁹. g tũ de⁹ necessario est creãs. Tenet ꝓña ab vli ad eius exclusiuam in terminis trãspositis. ¶ Confirmat. Omne creãs necessario est de⁹. ⁊ nullũ creãs est de⁹. g de⁹ nõ necessa-

Casus sophismatis.

Creãs capitur duplicit er.

Creãs põt diuersa determinare.

Rñ. ad sophisma.

Primo.

Secundo.

Tertio.

Quarto.

Argr ꝓ sophisma Primo. Secũdo.

Tertio. rio est deus. Tenet ꝓña in Felaptō. ¶Cōfirmat. Contradictoria sophisma tis est vera. ꝯ sophisma falsum. ¶Probatur. Illa est vera Creans possibiliter nō est deus. probat. quia deus possibiliter nō est creās. ꝯ creās possibiliter

Quarto. nō est deus. tenet ꝓña per ꝙuersionem. Et iterum. Omne creans necessario est deus. ⁊ deus ꝓtingenter est creans. ꝯ deus ꝓtingenter est deus. tenet

Quarto. ꝓña in Darij. ¶Et iterum. Omne creans necessario est deus. ⁊ nulla ꝑma causa necessario est creās. ꝯ deus possibilr nō est ꝑma causa. tenet ꝓña in sa

Rñ. ad ꝑm pesino. ¶Ad ꝑmū rñdet negādo ꝓntiam q; arguendo ꝑ regulā tūc modus vlis dꝫ mutari in modū ꝑticularem. Debet ꝯ sic argui ꝯ tm deus possibilr

Ad scōm est creans. ¶Ad scōm rñdet negādo q; sit in felapton. q; mediū in premis sa negatiua nō ita late negat sicut in ꝑmissa affirmatiua affirmat. sed mi nor deberet sic formari. ⁊ nullū creans possibilr est deus. ⁊ illa est ipossibilr.

Ad tertiuꝫ ¶Ad tertiū neget assumptū. Ad ꝓbationē neget ꝓña. nec est ꝙuersio quia

Ad quartū illa deus possibilr nō est creans est vna in edentuli. ⁊ tales nō sunt ꝙuerti biles ꝓprie ⁊ form aliter. ¶Ad quartū rñdet. capiēdo ly ꝓtingenter vt con uertitur cum ly possibilr ꝓcedit ꝓsequētia. q; añs est ipossibile. sed ꝓseqns est verū. q; nō valet tantū. deus possibilr est deus. capiendo aūt ly ꝓtingēter vt dicit ꝓtingentiā ad vtrūlibet tunc negetur ꝓsequētia. nec est in Darij. q; minor ⁊ ꝯclusio sunt ꝓpōnes hypothetice. ⁊ tunc ꝯclusio est falsa. ⁊ valet illam hypotheticaꝫ. deus pōt esse deus: ⁊ deus pōt nō esse deus. ¶Ad

Ad quintū vltimuꝫ rñdet negando q; sit in fapesino q; minor nō est sufficienter vniuer salis. q; ex parte modi est particularis. exquo modus vniuersalis negatur

Declarat aliqs cōse ꝙntias prio Sed minor deberet sic formari. nulla prima causa possibiliter est crea ns.

Secundo. ¶Corollariū. Nō sequit. Illō creās nō est deꝰ. ⁊ illud creās possibilr ē deꝰ. ꝯ deꝰ possibilr nō est deꝰ. q; mediū nō accipit ad easdē differētias tēpoꝝ. ¶Corollariuꝫ. Nō valet ꝓña. deus necessario est omnipotēs. iustus: bonus vel misericors. ergo deus necessario est creās. q; variat modus determi nandi huius signi qō est necessario. Et ad hoc est regula. Omnis ꝓpō cuius ꝑdicatum est terminus accidētaliter ꝓnotatiuus importans operationē extr insecam vel ab extra ⁊ nō importans potētiā ad intra cuius copula de ter minat solū ꝑ ly necessario que est affirmatiua. ⁊ cuius subiectuꝫ significat adeqte rem independentez. hoc est dīm deuꝫ. talis est falsa. ¶Corolla

Tertio. riuꝫ. Dēs iste sunt false deus necessario est passus. deus necessario est mor tuus. deꝰ necessario est crucifixus. Sed ille sunt vere. deꝰ necessario est bo nus. deꝰ necessario est misericors. deꝰ ne cessario spirat. deꝰ necessario est iu stus. q; illi termini nō iportāt opationē extrinsecā vel ad extra sic etiaꝫ illa

Quarto. est vera. deꝰ nō necessario nō est creans. q; iaꝫ copula nō determiat soluꝫ ꝑ ly necessario. sed ꝑ hoc totū nō necessario nō. ¶Corollarium. Illa ꝓña est bona. creās est. ꝯ creabile est. sed illa. creans est. ꝯ nō creans ē capiēdo nega tionē ifinitāter est bona ꝑcipue ponēdo q; dīs deꝰ nō possit alicui rei actuꝫ creādi cōicare. Sic etiā illa ē bona. creās ē ꝯ icreabile est. ꝫ ista nō valꝫ cre ans est ꝯ in creabilia sunt. quia ꝓsequens de facto est falsum. quia oppoſi tum eius verum. videlicet nulla increabilia sunt cuius subiectum ꝓ nul lo supponit. q; nulla icreabilia sunt li cet icreabile sit videlicet domin deꝰ.

Circa regulas ampliationū ē notādū q; ipe vt ponū tur de rigore verboꝝ nō sunt bene po

 site. Quia ꝑm primam regulam sequeretur q; ly homo in ista ¶o

mo qui fuit est animal ampliaretur. Quod est falsum. Sunt tamen vere propositiones quia sunt particulares quarum extrema supponunt pro eodem. Et sic aliud est dicere. hoc est verum vt regula. z hoc est verū vt propositio. Quia ad hꝫ q aliqd sit verū vt regula oportet q sit vl̄r verū. Et sic cōiter dī q ois regula sit vl̄r vera. z hoc est verum vt regula. Sed ad hoc q regula sit vera vt ppō tunc nō semp opz q sit vl̄r vera. sed sufficit q sic sit sicut syncategoremata posita in ea denotāt. ¶ Ulterius notandū q in regulis dicitur habēs significatum sibi cōnotans. ¶ Pro illo est sciendū q illud significatū dicit cōnotare verbo ad certā differentiā tpis. p q talis terminus secūdum adeq̄te ad illaz differentiā tpis acceptus est verificabilis. Et in oīb⁹ regulis debēt adduci due particule. quarū prima pars est habēs significatū sibi correspondens zc. Scda q nō restringat ad pauciores differētias tēporum. Et termin⁹ dī poni a parte subiecti in ppōsito q ponit añ copulā pncipalē siue sit ps subiecti siue pdicati. z capit ly termin⁹ ibi sic in diffone suppositionis.

hñs significatum sibi cōnotans

Est igitur nūc pma regula z dz sic itelligi. Quilibz termin⁹ positus a pte subiecti respectu verbi preteriti perfecti temporis quod est copula pncipalis. vel talē includēs hīs significatum vel significata sibi cōnotans vel cōnotantia p tpe pñti z pterito ampliat pro eo quod est vel fuit. nisi restringat ad pauciores differētias tēporum. Dicitur no tanter positus a parte subiecti. qz dicēdo sic equuz vidit hō ly equum ampliat. z tñ nō est ps subiecti sed pdicati. ¶ Dicitur qō est copula pncipalis. qz ly hō in ista. hō qui fuit est aīa nō ampliatur. exquo ly fuit nō est copula pncipal⁹. Dicitur pfecti tpis. qz termin⁹ respectu verbi impfecti pteriti tpis ampliat p eo qō est z erat. Sed respectu plusq̄z pfecti tpis p eo quod est z fuerat. ¶ Dicitur: vel talē includēs ppter verba adiectiua pteriti tpis put sunt cōplexa. talia enī nō sunt copule pncipales. sed includūt copulā pncipalē scilcet verbū substantiuuz. Dicitur nisi restringat zc. p hꝫ innuit q ly hō in ista vel psimili. homo qui est fuit aial. Sil̄r hō qui erit fuit. similiter hō qui fuit fuit aial nō ampliat. Et termin⁹ acceptus sic a pte subiecti iuxta regulam solū ampliatur ad est vel fuit. z hoc dūmodo tale verbum habet solum ampliare pp hꝫ q est pteriti pfecti tpis. Nō dī notāter. qz ly veniētē i ista ampliat ad quoq differētias tēporum. sortes venientē cognouit. sz hꝫ est ideo. qz est vbū significās actū anime interiorē. z nō fit hoc ideo quia est preteriti temporis.

Secunda regula. Termin⁹ a parte subiecti posit⁹ respectu vbi futuri tēporis qō est copula pncipalis. vl̄ talē includēs habēs significatū vl̄ cōnotata sibi cōnotans vl̄ correspondētia p tempore presenti z futuro ampliatur pro eo qō est vel erit nisi restringatur ad pauciores differentias temporū. Ista regula intelligatur omni pacto sicut prima. Circa quam mouetur sophisma tale.

Sophisma.

Omne quod erit est. ¶ Pro sophismate est notādū q ꝑm Marsilium differētie tēporales sunt partes extremoz. z ꝑm eū hꝫ totū est subiectū ens qō erit. Et ly ens est pdicatū. Sz ꝑz Biridanū ly ens est subiectū z cū hꝫ pdicatū. z ly qō erit nō est ps extremi. ¶ Scdo notādum q illud sophisma mouet ppter duos auctores discrepantes Marsilium videlicet z Biridanū. ¶ Primo discordāt in assignatione extremoz in ppositionib⁹ vbi ponuntur differentie vel ꝛceptus

Cur sophisma mouet

tēporales vt in sophismate. ¶Secundo maxime discordant in hoc. quia ꝟDarsilius dicit q̄ terminus ampliatiuus a parte subiecti positus suppo-nat solū pro re que est ꝛ non ꝓ re que non est. Et sic sophisma valet tantū. omne qd̄ erit ꝛ est est. sic sophisma est verum. Et ꝯsequenter omnes ille cō cedunt ꝑm ꝟDarsiliuꝫ. omne possibile est oē futuruꝫ est. omne preteritu ꝫ est omne imaginabile est. omne quod est vel fuit vel erit vel potest esse vel po-test imaginari esse est. ¶Nec sequit q̄ ꝓpter hoc etiam ille sint ꝯcedende omne quod bibet bibit. omne quod comedet comedit. neq; valent tantuꝫ omne qd̄ comedet ꝛ comedit comedit. oē qd̄ bibet ꝛ bibit bibit. quia non plus exprimi debet circa copulam principalem q̄ꝫ differentie tempo-rales importate per copulam principalem. Si ergo ponitur ibi aliquod verbum tunc ipsius actus non debet exprimi circa talem copulam Et sic predicte valent tantum omne qd̄ bibet ꝛ est bibit. omne qd̄ comedet ꝛ est comedit. Etiam ꝟDarsilius supponit vnū falsum vꝫ q̄ idem terminus accipitur ad copulam principalem ꝛ minus ꝓncipalem. Sed hoc esset bene verum ꝑm eum q̄ totum acciperet ad copulaꝫ ꝓncipalem. Alias eni ꝑm eum propositio negata deberet concedi videlicet illa: oīs hō qui est vel fuit est. ¶Et ꝑm ꝟDarsilium non sequitur. omne quod erit est. ꝛ antichristus erit ergo anti-christus est. quia non totum distributuꝫ a parte subiecti in maiore predica-tur in minore. Sic etiam ab amplo accepto ad nō ample acceptum argui-tur ratione ly antichristus. Et nec valet concludere sic. ergo antichristus qui est vel erit est. quia est prior defectus. ¶Si autem ita argueretur. omne quod erit est: ꝛ omne futurum erit. ergo omne futurum est. capiendo ly fu-turum absolute: non valet etiam ꝑm ꝟDarsilium. quia de facto antecedens est verum ꝛ consequens falsum. quia subiectum consequētis pro nullo supponit. quia illud dicitur futurum quod erit ꝛ iam non est. Sed capien-do ly futurum respectiue tunc bene valet consequentia ꝑm ꝟDarsilium quia tunc ly futurum in consequente supponit pro quolibet illo quod est ꝛ etiaꝫ erit. quia tunc omne illud dicitur futuruꝫ quod erit non curando an sit vel non sit. ¶Sed ꝯ Biridanuꝫ qui negat sophisma. ꝯsequentia est bo na sed nō est formalis. quia in simili nō sequit. omne quod erit est. ꝛ omnis homo erit. ergo oīs homo est. qz si materia ꝛ forma essent ꝛ non essent vni-te ꝛ post vnirentur. ꝛ nihil fieret in futuro. nisi qd̄ iam est. antecedēs esset ve-rum ꝛ ꝯs falsum. ¶Est alia opinio probabilior magistri Biridani ꝛ alio-rum qui tenēt q̄ differentie temporales non sunt partes extremoꝝ. ꝟDoti-nuꝫ qz sequeret q̄ ꝯuersa ꝛ ꝯuertens nō pticiparet in extremis. Et ꝑm illos solū ly ens est subiectū. ꝛ supponit solū ꝓ ente qd̄ erit. ꝛ sic sophisma est fal sum. qz ꝑdicatum nō ꝯuenit cuilibet supposito subiecti. ¶Cōsequēter dicit Biridanus q̄ termin⁹ ampliatiu⁹ a pte subiecti positus supponit ꝓ re q̄ est ꝛ ꝓ re q̄ nō est ꝛ nō equiuocat vt sic. ꝛ habet eundē modū significādi a par-te subiecti ꝛ a pte ꝑdicati. hoc ꝓbat scdo de anima. ¶Cōsequenter ꝑm Bi ridanū Oēs ille sunt false oē possibile est. omne futurum est. omne imagi-nabile est. omne preteritum est ꝛc. Cōcordant tū auctores in hoc q̄ terminus ampliatiu⁹ a parte predicati positus, supponat pro re que est ꝛ ꝓ re q̄ nō est.

Rñ. ad so-phisma ꝯ Biridanū.

Tertia regula. Termin⁹ posit⁹ a pte ꝑdicati respectu vbi ꝑte riti vel futuri tpis nō habētis ampliare nisi ex eo q̄ est ꝑteriti vel futuri tpis nō ampliat nisi aliunde sibi addat disiunctū

De Ampliatione regule.

formaliter diuersoꝝ tenpoꝝ importatiuū. q; ly animal nō ampliaƈ ibi. hō fuit aial. Di notāter nō habētis ampliare ꝛc. qz ly veniente āpliaƈ ibi. sortes cognouit veniēte. Di nisi aliūde ꝛc. qz ly aial āpliaƈ in ista. hō est vl fuit aial.

Quarta regula. Termin⁹ posit⁹ a pte subiecti respectu ptici pij ꝓteriti tpis qō est ꝑdicatū ꝑncipale. vel adiectiuū ꝑncipaliozis ptis ꝑdicati. ha bēs se ad ipm vt adiectiuū vl eq ꝑncipaliоr ps adiectiui. vl adiectiuū vni⁹ ptis diuiūcti. q ps ē ps ꝑncipaƈ diuiū cti habēs ꝓcatū sibi corrūdēs: ad est ꝛ fuit āpliaƈ ꝑ eo qō est vl fuit. nisi aliunde restringaƈ ad pauciozes differentias tempm. vt hō est pcussus. hō est mortu⁹. Di qō ē ꝑdicatū ꝛc. qz ly sortes in ista: sortes vidit asinū mortuū nō āpliaƈ. Sz in ista ampliaƈ. sortes ē hō mortu⁹. Sz i illa hō ē apparēs mortu⁹ put ly mortu⁹ regiƈ a ly apparēs ly hō nō ampliaƈ. Si aūt est adiectiuum ꝛ substātiuuz tunc ampliaƈ. Et circa illam regulam mouetur tale sophisma.

Sophisma.

ppietas logicalis data cõsequẽtijs. qz tũc cetera nõ manent paria. vt bene sequit. nullum animal currit. ergo nullus homo currit. Sic etiam: omnis hõ currit. z ois hõ albus est. g̃ ois hõ albus currit. ¶Et sic ex regulis simul tactis patet qp nõ sequit: ois hõ currit. z sortes vel plato est. igitur sortes currit. Iterum nõ sequit: sortes nõ est nõ hõ. igit sortes non est nõ plato. Iteruz nõ sequit: omne aial existẽs hõ est risibile: z asin⁹ est. igit asinus existẽs hõ est risibilis. Silr non sequit: ois hõ qui est alb⁹ est sortes. z plato est. igit plato qui est alb⁹ est sortes. Itez nõ sequit: in q̃libet pte huiꝰ horze risibile non est hõ. et illa ps illius horze est. igit in illa pte illius horze risibile nõ est hõ. Item nõ sequit: sortes nõ differt ab homine. igit sortes nõ differt a platone. Sic etiã nõ sequit. Nulla res q̃ nõ est aial est hõ. g̃ nulla res q̃ nõ est asin⁹ est hõ. Sortes non est hõ z asin⁹ vel asin⁹. g̃ sortes non est sortes. Sortes non incipit esse binari⁹. g̃ sortes non incipit esse sortes. Asin⁹ non incipit esse hoies. igit asinus non incipit esse sortis. Sortes nõ ignorat hoiem. g̃ sortes nõ ignorat platonẽ. Sortes nescit hoiem. g̃ sortes nescit platonẽ. Sortes non est hõ vviennẽsis. g̃ sortes nõ est studẽs vviennẽs. Nullũ albũ est color. g̃ nullũ album est nigrũ. Sortes non est bis hõ. g̃ sortes non est bis hoc albũ. Sortes non est colorat⁹. g̃ sortes nõ est hõ. qz pót ꝑseruari sine colore. Sortes que non est homo est aial. et sortes est. g̃ homo non est aial. iã male sumit constãtia. qz deberet sumi cũ determinatione: vt sic: sortes q non est est. Sz illa bene valet. nullũ aial z aliud ab aiali sunt sortes: ergo sortes non est sortes. capiẽdo añcedẽs in sensu copulato. Sz illa non valet: nullũ ens qõ non est ens est. g̃ nullũ ens qõ non est sortes est. ¶Et in ista ꝑña z in pluribꝰ ꝓcedẽtibus licet rõne partiũ arguaf ab iferiori ad supⁱ⁹ vel econuerso: tũ ratione totius extremi non arguitur ab iferiori ad superius.

Declarat aliq̃s ꝑñas

Pars i mõ

Alia regula.

Totũ i mõ.

Arguẽdo a parte in modo ad totuz est bona ꝑntia. ¶Pro ista regula est notãdũ: qp pars in modo est determinabile sumptũ cũ determinatione non diminuẽte: distrahẽte: extendẽte: vel ampliãte. vt ly animal in illa: animal albũ currit. Sed totum in modo est terminus sumptus sine determinatione tali ꝓsideratus: vt est synonimus ad vnũ q sumit cũ tali determinatione inq̃ztũ est ps talis. vt ly aial in ista. animal currit: est totũ in modo ad ly aial in ista: animal album currit. Et non dz bene sic. est determinabile sumptũ sine determinatione. saltez capiẽdo ly determinabile non ampliative. quia si est determinabile tũc oportet qp sumaf cũ determinatione. qz oportet qp determinet p aliqd. Et sic patet qp in istis: homo pict⁹ est. homo mortu⁹ est. albũ ſz dẽtes est. ꝓpositio si est impossibilis est falsa: non est pars in modo. qz talia determinabilia sumuntur cũ determinationib⁹ distrahẽtib⁹ vel extẽdẽtib⁹ zc. ¶Et sic idẽ terminꝰ vel sibi synonimus est ps in modo. z cũ hoc totũ in modo. vt ille terminus aial vel alter consideratꝰ vt accipit cũ aliqua determinatione que non est distrahẽs zc. est pars in modo. Et idez vel sibi synonimus vocaf totũ in modo cõsideratꝰ vt accipit sine tali. Et dz notãter: consideratꝰ sine tali. qz si terminus homo esset replicatiue in illis: hõ albꝰ currit. et hõ currit: tũc esset ps in modo: et cũ hoc totũ in modo. tũ non est vez dicere qp accipit sine determinatione: exq̃ ly sine habet distribuere z icludit negationẽ. Sed tũ ille terminꝰ hõ ꝓsideraf in tali ꝓpõne hõ currit vt nõ accipit cũ determinatiõe in eadez ꝓpõne supponit: tunc bñ dz totum in modo. ¶Determinatio diminuẽs est

Determiatio diminuẽs.

determinatio nõ distrahẽs nec ampliãs: faciens determinabile cui additur q̃tũ est ex pte sui verificari ꝑ aliq̃ ꝑ quo tale determiabile seorsum nõ visi cat. vt ly ꝑm dentes respectu ly albũ. qz ly albũ cũ determinatione ꝑm dentes verificat ꝑ aliq̃. s. ꝑ ethiope. tñ se solo non verificat ꝑ eo. sic etiaꝫ ly pro centũ marchis respectu ly volẽs esse in lucro. Et dr notãter: verificari. ꝛ nõ dr: accipi. qz ꝑ q̃cunq; tale determinabile accipit cũ tali determiatione: ꝑ eodẽ etiã accipet sine tali: saltẽ capiẽdo terminũ accipi sicut in diffinitione suppositionis accipit. ꝛ sic ly album sine tali determinatione etiã accipet ꝑ ethiope. qz significat ethiopem. sed tñ regrit q̃ in potentia propinqua verificabilis sit pro ethiope taliter tentus pro quo sine tali determinatione nõ verificaret. ¶Sed determinatio distrahens est determinatio faciens determinabile cui addit stare pro suo significato mínus ꝑncipali vt sic. vt ly mala respectu ly cõsequntia. ly pictus respectu ly homo. ¶Sed determinatio amplians est determinatio nata ampliare. vt ly mortuus respectu ly homo. Quid aũt sit determinatio extendens: dictum est ꝓus ibi. Omnis ꝓpõsi est impossibilis. ¶Cõsequenter est sciendũ q̃ arguendo a parte in modo ad suum totuꝫ debent seruari illa que tũc seruant; arguendo ab inferiori ad supius: ita q̃ qñ arguitur affirmatiue a parte in modo: tunc debet argui sine distributione totꝰ. Etsi arguitur negatiue vltra hoc debet argui constantia partis ꝛ sine distributione totius. ꝓpter hoc non sequitur. hõ albus non currit. ꝯ homo nõ currit. si enim nullus homo albus esset. ꝛ omnis homo curreret. antecedens esset veruꝫ ꝛ ꝯsequens falsum. Sed deberet sumi constãtia partis vt sic. ꝛ homo albus est. ꝛ debet constantia etiã sumi ad eandem differentiã tpis. ¶Et quando arguit a toto in modo ad ptem: tũc semper debet argui cum distributione totius. Etsi arguit affirmatiue: tunc debet argui cum constantia partis. Sed quando arguit. negatiue: tunc nõ oportet. Nã bñ sequitur. nullus hõ currit. ergo nullus hõ albus: currit. Sed nõ sequitur. ois hõ currit. ergo hõ albꝰ currit: si nullus hõ albꝰ esset. sed deberet sumi constãtia: vt sic. hõ albꝰ est. ¶Arguit. Ibi arguit a pte in modo ad suum totũ: ꝛ tñ ꝯña non valet. ego ter vidi Joannẽ in stuba. ergo ego ter vidi Joannẽ. tenet ꝯña ꝑ ꝓsentẽ regulam. Similiter etiaꝫ ibi. ego bis comedi vvienne. ergo ego bis comedi. ¶Confirmat de ista Hoc est vnꝰ populus. ergo hoc est vnuꝫ. Albus monachus currit. ergo albũ currit. Sortes est apparens asinus. ergo sortes est asinus. ꝛ ibi arguit iuxta regulam: ꝛ tñ nõ valet. ¶Confirmatur de ista. Semp hominis asinꝰ non est animal. ꝛ asinꝰ semper hominis est. igitur semp asinꝰ nõ est animal. ¶Ad ꝑmũ respõdet q̃ nõ arguitur iuxta regulaꝫ. quia añcedens est verum ꝛ consequẽs falsuꝫ. vt si ꝑ vidissem ioannẽ: ꝑmo in stuba: ꝛ post hoc exiuissem semel: ꝛ post ꝑ iterum intrassem. ꝛ iterũ ꝛc. ter: ita tñ q̃ semp vidissem. Iz nõ semp in stuba: tunc illa est vera. ego ter vidi Joannẽ in stuba. ꝛ tũc ista est falsa. ego ter vidi Joannẽ. qz ly ter dicit interruptionẽ tẽporis. Et sic ad veritatem ꝯsequentis regrit q̃ Ioannes aliq̃n fuisset ꝛ ego etiã. ꝛ tunc nõ vidissem eum. ꝛ post ꝑ iterũ vidissem eum. ꝛ sic trina vice. Sic etiã est de tali. ego ter hodie comedi caseũ: ergo ego ter hodie comedi. ¶Sic etiã dicat ad secundũ argumẽtum. ꝛ breuiter nõ arguitur iuxta regulã. quia hoc totum bis vvienne vel etiam bis Patauie est determinatio diminuẽs respectu ly comedens bis Sic etiã respectu ly vvienne vel patauie nõ arguit per regulã ad ly bis co-

Determiatio distrahens.

Determiatio ãpliãs.

Arguẽdo a pte in mõ ad totũ debent ꝛc.

A toto in mõ ad ptẽ quõ debet argui.

Arguit ꝑ

Secundo

Tertio

Quarto.

Rñ. ad ꝑmum argm

Ad scõm

medens vel ad ly bis bibens. qa nō determinat hoc totum: sed solūz copulam. ꝛ semp arguit in tali argumento virtualiter a supiori ad inferius sine
Ad tertiuz distributione supioris. ¶Ad tertium respōdet q in istis duobus argumētis
Ad quartū nō arguit ad determinabile sed ad determinationem. Sed sic debet argui. ergo hoc est populus. ergo monachus currit. ¶Ad vltimū rñdet. negando ꝓñam. Si enim solus asin⁹ esset ꝛ esset vnius hois ꝛ nō plurium: tūc añs est verum ꝛ ꝓñs falsum. Sed deberet addi determinationi relatiuuz identitatis in ꝓstantia. lz supponat ꝓfuse tm̄: vt sic. ꝛ semper eiusdem hois asinus est Sic etiam illa non valet. sortes quiescit in bauaria. g̃ sortes gescit. qa arguitur cum determinatione totius. quia ly quiescit includit negationem. ꝛ sic si sortes esset replicatiue in Alustria ꝛ in bauaria: ꝛ in bauaria non moueretur ꝛ in austria moueret. añcedens esset vex. qa gescere in bauaria est rez esse in bauaria ꝛ esse aptam natam moueri in bauaria. Silr nō sequit. sortes gescit ꝑm pedem. g̃ sortes gescit. ¶Sed de illo argumēto sortes est apparens ꝛc. est dicendum. Si in añcedente est ꝓstructio adiectiualis tūc arguit iuxta'regulam. quia tunc añs est impossibile. ꝛ valet tantum: sortes est asinus qui apparet. Si aūt est regens ꝛ rectum: tūc nō arguit a determinabili. qz ly asinus est dictio recta ꝛ sic determinatio. ꝛ tunc añs esset vex. qa tūc valet tantum quo ad vex ꝛ falsum sortes facit apparentiam de asino. ꝛ hoc est verū si esset indutus pelle asinina ꝛ ambularet manib⁹ ꝛ pedib⁹ tūc ipse apparet asin⁹. Sed deberet sic argui. g̃ sortes est apparens. Sic etiaz non sequit. sortes est faciēs tunicā. g̃ sortes est faciēs. sortes facit asinū currē g̃ sortes facit asinū. ꝛ variat ibi appellatio forī. qz facit vna ꝑz qd ꝛ alia simplr dicē factionē.

Arguendo a parte disiuncti ad totum. ¶Pro ista regula est notandū q arguendo iuxta regulā dz etiā argui sine distributiōe toti⁹ disiūcti ꝛ etiā sine negatiōe ꝓūctiōis qz nō sequit hō nō currit. ꝛ hō ē. g̃ hō nō vl'ois asin⁹ currit. qa si qlibet asin⁹ curreret ꝛ null⁹ hō: añcedens eēt vex ꝛ ꝓñs falsuz. Et quādo arguit negatiue tūc dz argui cū cōstantia ptis disiūcti. Et nō debz argui etiā a nō amplo ad ampluz cū distributiōe āpli. qz nō sequit null⁹ hō currit ꝛ hō ē. g̃ null⁹ hō ē vl fuit currens. Et sic quando dicitur: tamen disiunctum non distribuitur vt dicendo sic. Nullus homo currit. ergo nullus homo est vel fuit currens. hoc disiunctum est vel fuit non distribuitur: verum est ¶mo arguitur raro cum distributione totius disiuncti. ꝓsertim quando tale disiunctum est ſyncategorema. Sed illo modo arguitur cum distributione. i. arguitur a non amplo accepto ad amplū acceptum cū distributione ampli accepti cū tali disiuncto. ¶Sed quando arguitur a toto disiuncto ad partem tunc semper debet argui cum distributione totius. Etſi arguitur affirmatiue tunc debet argui cum constantia partis disiuncti. Sed si negatiue tunc non oportet sz seruanda sunt que tunc seruantur qñ arguit a supiori ad inferius vel econuerso. ¶Arguit. Ibi arguit a parte disiuncti ad totum ꝛ tm̄ ꝓña nō valet hō
Arguit ꝓ⁹ Secundo non est currens ꝛ homo est. g̃ hō nō est vel fuit currens. ¶Cōfirmat. ibi arguitur p regulā. omnis homo currit. g̃ ois hō nō vel asin⁹ nō currit. ꝛ tamen ꝓña non valet. qz si null⁹ asin⁹ curreret ꝛ qlibet hō. antecedens esset verus ꝛ
Tertio. cōsequens falsum. ¶Confirmat. ibi arguit a pte disiuncti ad totum. rudibile currit. ergo omne rudibile vel animal currit ꝛ tm̄ non est ꝓña bona. ¶Ad
Rñ. ad ꝓm primum respondet negando q arguat iuxta regulā. qz arguit a non amplo

ad amplũ cũ distributione ampli rõne ly currens. Etiã nõ valet sic inferẽdo ergo homo non est vel fuit omne currens. Si enim iam nullus homo curreret vel nihil curreret ⁊ prius solum cucurrisset vnus homo qui etiam iam solum esset ⁊ prius solum fuisset. tunc añcedens esset verũ. ⁊c. Et ideo non valet quia arguitur a non amplo ad amplum negatiue sine cõstantia rõne ly currẽs. ⁊ ergo non oportet valere. ¶Ad secundum respondetur negando q̃ arguitur iuxta regulam. quia arguendo a parte disiuncti ad totum siue affirmatiue siue negatiue debet argui negatione postposita. Et tunc arguitur negatione postposita quando talis negatio postponitur coniunctiõi disiunctiue. Etñ inferretur illa. omnis homo non vel omnis asinus non currit adhuc non valeret. quia adhuc coniunctio negaretur. ⁊ in casu priori añs esset verum ⁊c. Ad secõm.

¶Ad tertium rñr q̃ nõ arguit iuxta regulã. qz arguitur a nõ distributo ad distributum rõne p̃me ptis disiũcti. Et sic licz ista p̃ña sit bona rudibile est asin⁹. g̃ oẽ rudibile vel risibile est asin⁹ distribuẽdo solũ ptẽ disiũcti in p̃ñte. tñ nõ tenet p regulã istã. qz nõ ẽ p̃ñtia formal. qz in fili nõ sequit. Animal est asinus. ergo omne animal vel risibile est asinus. Ad tertiũ

Arguendo a non amplo ad amplũ. ¶Pro regla ẽ notandũ. q̃ arguẽdo a nõ amplo ad ãplũ vl ecõuerso tũc alij ẽmi q nõ st ãple accepti debẽt vtrobiq; accipi ad idẽ tps p̃cise vl a p̃mo ad scõm. etiã dz argui p̃m regulã. Et sic nõ segt. sortes est. g̃ sortes fuit. qz rõne ly sortes arguit iuxta regulã tñ rõne p̃dicati cetera nõ manẽt paria. qz p̃dicatũ ĩ vna solũ accipit ad tps p̃ñs. ⁊ h̃ in añcedẽte. sz in p̃ñte solũ accipit ad tps pteritũ. Sed deberet sic argui. g̃ sortes fuit ens qõ est. Debet etiã argui sine distributiõe ampli. ⁊ sic nõ segtur. sortes est omnis homo. ergo sortes põt esse omnis homo. qz p̃ñs est impossibile. qz ly homo distribuitur pro quolibz homine qui potest esse. Etñ ponitur q̃ ly potest non ampliet post se tunc adhuc non valet. quia tũc arguitur ab esse ad posse cum distributione posse. Quando aũt arguitur negatiue a nõ amplo ad amplum vel a nõ amplo accepto ⁊c. negatiue tũc dz argui cum constantia nõ ampli accepti. Et sic nõ sequitur. creans nõ est deus. g̃ creans possibiliter non est deus. Sed deberet argui cum constantia vt sic ⁊ creans est

¶Sed arguẽdo ab amplo ad nõ amplum debet argui cũ distributiõe ampli. Etñ arguitur affirmatiue debet argui cum constantia nõ ampli vel minus ampli. Si negatiue tunc non oportet sed semper debet argui cum distributione magis ampli respectu minus ampli. qz nõ sequitur homo possibiliter est currens ⁊ currẽs est. ergo homo est currẽs. nec sequitur. omnis hõ possibiliter est currens ⁊ homo est. ergo hõ est currens. quia rõne ly currẽs arguit sine distributione ampli. Et per amplum in ꝓposito etiam debet intelligi ample acceptum. Et p non amplum nõ ample acceptuz. Quia ibi arguit p̃m regulã nulla chimera est vel fuit. ergo nulla chimera est. Sic etiam ibi. chimera est vel põt esse. ergo chimera est vel fuit. Sed ibi non arguitur iuxta regulã nullus homo fuit. g̃ nullus homo est. qz licet rõne subiecti arguitur iuxta regulam. tamen ratione p̃dicati cetera nõ manent paria eo q̃ predicatum in añcedente solum accipitur ad fuit. ⁊ in p̃ñte solũ ad est. Sed deberet sic argui nullus hõ fuit g̃ nullus hõ qui est fuit. Sic etiã nõ sequitur. hõ nõ currit. ⁊ hõ est. ergo hõ nõ põt currere. qz rõne ly currere arguitur ab esse ad posse cum distributione posse. Et arguẽdo iuxta vnaz illaz regu- Ab amplo ad nõ amplum.

larū tūc vtualiter arguit ab iferiori ad supius vel ecōuerso. Et ista seruāda sunt q̄ tūc seruātur iuxta regulā arguēdo ab iferiori ad supius vel ecōuerso.

Arguendo ab esse ad posse est bona ꝯsequētia. Et debz argui sine distributiōe posse. ⁊ si arguit negatiue debet argui cū cōstātia esse. Sic etiam ecōuerso arguēdo a posse ad esse debet argui cum distributione posse. ⁊ si arguit affirmatiue debet argui cum constantia esse. Si negatiue tunc non oportet. ¶ Et quando sic arguitur tunc etiam arguitur a non amplo ad amplum. vel econuerso. ⁊ debent tunc seruari ista que seruabātur ibi arguēdo a non amplo ad amplum vel ecōuerso. Et ꝓpositio de esse vocatur cuius copula vt sic nō modificat per ly possibile vel impossibile ⁊c. gratia cōpositionis vel diuisionis. Sed ꝓpō de posse vocat cuius copula est ly pōt expresse vel implicite. vel cuius copula modificat p ly possibile vel ipossibile gr̄a cōpositionis vel diuisionis ⁊c. Et sic ista hō pōt esse animal nō est ꝓpō de esse in ꝓposito licet sit de in eē q̄ copula eius sit ly pōt. Et sic nō sequit. sortes est omnis homo ergo sortes pōt esse omnis homo. quia iam arguit cū distributione posse. Nec sequit ois hō potest currere ⁊ homo est. ergo omnis hō est currens vt prius dictuz est ⁊c.

Arguendo ab est secūdo adiacente ad est tertiū adiacēs est bona ꝯntia. Pro regula nota. q̄ ista regla debet itelligi in terminis nō ampliatiuis ⁊ vbi termini accipiunt ꝑcise ad idē tempus ꝓncipaliter predicatum in ꝯnte vel in antecedēte. Et etiaz regula intelligitur arguēdo affirmatiue. ⁊ sic nō sequit. homo est mortuus. ḡ hō est. Nec sequitur. homo fuit animal qō est. ḡ hō fuit. Nec sequit hō nō fuit animal. ergo homo non fuit. Sed arguendo negatiue tunc in terminis non ampliatiuis valet ꝯña ab est scōo adiacēte ad est tertiū adiacēs vt hō nō est ergo homo non est animal. Et etiam vbi ambo extrema in antecedente ⁊ in ꝯsequente accipiunt ad idem tempus ꝑcise. Et ꝓpositio de est scōo adiacente est ꝓpositio cuius predicatum est ly est vel ly ens vel suū ꝓdecliniuz vt homo est. homo est ens. homo fuit homo erit ens homo non erit ens. Sed propositio de est tertio adiacente est ꝓpositio cuius ꝓdicatum non est ly est. vel ly ens vel suum ꝓdecliniuz vt hō est animal homo est asinus ⁊c. ⁊ sic nō sequit homo non est. ḡ homo nō est mortuus ⁊c.

Arguendo ab actiuo ad passiuū respectu subiecti trāscēdētis. ⁊ sic q̄ nihil ponat a pte ꝓdicati nisi actiuū ad passiuū ⁊ sine distributiōe actiui ⁊ passiui ⁊ affirmatiue valet ꝯña vt aliqd videt. ergo aliqd videtur. Sic etiā ecōuerso arguēdo a passiuo ad actiuū etiā valet quando sic arguit vt aliquid videt. ergo aliquid videt. nihil videt. ergo nihil videt ⁊c. Alia regula arguēdo a diuinis ad coniuncta ⁊ ecōuerso. de istis duab⁹ regulis latius dicitur in veteri arte.

Arguendo a toto copulato adptez copulati nō oportet cō sequētiā valere. quia nō sequit mā ⁊ forma sunt homo ergo materia est homo. Et dicit notanter nō oportet valere. quia aliquādo valet vt quādo copula ꝓncipat est verbū substantiuū pluralis numeri. ⁊ ꝓdicatū est terminus sic se habens vel q̄ de ipso vel eius numero singulari quelibet pars copulati est verificabilis saltem materialis ⁊ ꝓncipalis vt sortes ⁊ plato sunt hoies ḡ soz. est hō ⁊ plo est homo. Sz nō sequitur a. et b. sunt hoies. ḡ b. est hō ⁊ a. est hō. ⁊ significet ly a singulariter duas

materias sortis ꝛ platonis ꝛ ly b. singulariter duas formas. Sic etiam quando copula est verbum adiectiuum importãs dispositionem accidentalem denotantem exerceri ꝑ quãlibet partem principalem ꝛ materialem significatã ꝑ huiusmodi partem principalem ꝛ materialem copulati tanq̃ totalis causa ꝛ particularis tũc etiam valet ꝯsequẽtia. vt sortes ꝛ plato currũt. ergo sortes currit ꝛ plato currit. Sed nõ sequitur. sortes ꝛ plato trahunt nauem ergo sortes trahit nauem ꝛc̃.

Arguendo per locum a cõiugatis ꝛ in ꝓdicationibus gditatiuis est bona ꝯña. vt bñ sequitur albũ est coloratũ. g̃ albedo est color. Et dicit notãter in ꝓdicationibus gditatiuis. quia nõ sequitur illud q̃ generat mouet. ergo generatio est motus. Et tũc arguitur per locũ a cõiugatis q̃n arguit a ꝯcreto ad abstractum Et quãdo arguitur negatiue tũc debet argui cum cõstantia concreti. qz nõ sequit. albũ nõ est coloratũ. ergo albedo nõ est color. Si enim esset solũ albedo vt q̃ttuor ꝛ nõ vltra medium latitudinis inherẽs alicui subiecto añs esset verum ꝛc̃. Sic nõ sequitur. albedo est color. ergo albũ est coloratũ. Ex plures regulas ꝯsequẽtiaruz magister Marsilius ponit que saltem faciles sunt ꝛ pauce vtilitatis quas pro presenti ꝑtermitto.

Circa secundam partem cõ- sequentiarum queritur. Utrum omnis consequẽtia sit bona ab exponentibus ad expositam ꝛ ecõuerso.

c Pro q̃stione est notãdum. q̃ ipsa potest esse vna categorica vel hypothetica. ꝛ in q̃ztuz est vna categorica tũc est vna de copulato extremo tunc ly ecõuerso nõ ponit loco ꝓpõnis sed solũ loco ꝑtis ꝓdicati. Sed in sensu hypothetico tũc ly ecõuerso ponit loco propõnis ꝛ ipsum nõ est ꝓpõ. sz̃ intellectus rõne sui format ꝓpõnẽ. ꝛ siue dicat cõuersionẽ simplicẽ siue ꝑ accidẽs q̃stio semp est falsa. qz nũq̃ arguit ab exponẽtib⁹ ad expositã ꝓprie loquẽdo de exponibilib⁹. ꝛ ꝓprie capiẽdo exponere. Nã partialis exponẽs nõ est exponẽs. qz ista ꝓpõ q̃ exponit aliã dz eẽ cõuertibilis cũ alia mõ ꝑtialis exponẽs nõ ꝯuertit cũ exposita. ¶ Et ꝑ illo est sciẽdũ q̃ ꝓpõ exponẽs capit dupl̃r. siue ly. Exponẽ: vz large ꝛ stricte. ¶ Large capit ꝑ vna ꝓpõne resoluẽte aliã. vel etiã ꝑ exponẽte aliã. ꝛ sic ista. Deus hõ est aiãl exponit sic. hõ est aiãl. ꝛ nihil est hõ gn ipm sit aiãl. ꝛ ita nõ capitur in hac materia. Alio mõ capit stricte. ꝛ tũc propõnez exponi est sensum alicuius propõnis obscure rõne alicuius signi in ea positi ꝑ aliã ꝓpõnẽ notiorẽ secũ ꝯuertibilez exprimere siue determinare. ꝛ nõ debet addi formal̃r ꝯuertibilẽ. qz tenẽdo q̃ propõnes exponibiles sint categorice tunc nulla haberet exponẽtem hmõi saltem sicut cõmuniter exponũtur. quia talis exponens nõ est formaliter cõuertibilis cum exposita vt ista hõ est animal ꝛ nulla res que nõ est homo est animal nõ est ꝯuertibilis formaliter cum illa. tãtum homo est animal. quia ista copulatiua hõ est animal ꝛ nullum lignum q̃ nõ est homo est animal est eiusdem forme cum ipsa. ꝛ tamen ipsa nõ infert illam tñ homo est animal. Sed tenẽdo q̃ ipse sint hypothetice tunc bene additur illa particula formaliter conuertibilem: ꝛ de hoc dicetur in fine huius quãdo respondebitur ad questionem motam; quia solum formatu.

Exponere ꝓpõnẽ accipit dupl̃r

vna questio in illa parte que cõtinet duodecim articulos. ⁊ in vltimo articulo respõdebiꝫ ad questionẽ. Dicitur in diffinitione exponere sensum alicuius ꝓpositionis obscure. Et ꝓpõ obscura vocatur ꝓpositio in qua tale signum exponibile ponitur que tunc vocatur exposita. Et vocantur tales ꝓpositiones ꝑgnãtes ad silitudinẽ mulieris ꝓegnãtis que ꝓpter ũpregnationem difficilis est ad ambulãdum siue exercẽduꝫ alia opa. Sic talis ꝓpõ dicit ꝑgnãs qꝛ multas difficultates in se ꝯtinet ꝓpter quas difficilis redditur ad soluẽduꝫ. Dicitur ꝑ ꝓponẽ notioꝛẽ. ⁊ sic illa hõ est aial ⁊ nihil est hõ gn ipsum sit aial nõ exponit illã: ois hõ est aial qꝛ nõ est ea notioꝛ. Dicitur secum ꝯuertibile. ⁊ sic patet qꝫ ptialis exponẽs nõ est exponẽs qꝛ nõ est cõuertibilis cum exposita. Et talis ꝓpositio vocatur exponens in qua non ponitur tale signum exponibile. vt patet.

Signũ exceptiuũ.

Primus articulus est ỏ signis exceptiuis. ¶ Pro articulo isto nota qꝫ signũ exceptiuũ é sigrũ syncategoꝛematicũ natũ facẽ ꝓponẽ exceptiuã. i. rõne cuiꝰ ad vitatẽ ꝓponis in q̃ ponit q̃ztũ est ex pte sui ⁊ copule. reqrit qꝫ ꝑdicatũ suppositis sbti ꝓter suppositа termini extra capti ꝯueniat. ⁊ h̃ si talis ꝓpõ est affirmatiua. Sz ꝓpositio exceptiua est ꝓpõ in q̃ ponit signũ exceptiuũ tenẽs se ad totã ꝓponẽ. Et dr notãter tenẽs se ad totã ꝓponẽ. qꝛ qñ ly ꝓter est pars subiecti vl ꝓpredicati tũc talis ꝓpõ nõ vocat exceptiua vt sic. sz vocat ꝓpõ de excepto extremo. ⁊ talia signa sũt. ꝓterq̃z: nisi ⁊ filia. Et differũt illa sig̃ iter se q̃ ad modũ cõstruẽdi licet nõ q̃ ad exceptionẽ qꝛ ly ꝓter solũ ꝯstruit cũ accusatiuo. Sz ly ꝓterq̃z cũ q̃libet casu. Sic etiã ly nisi. qꝛ ista habẽt ꝯtingere. sillles casus Et nisi solũ excipit in ꝓpõne negatiua vt nullũ alꝰ nisi hõ est rõnale. nullius hois nisi sortis interest legere. nulli aiali nisi hoi placet comedere. Eodẽ modo ly ꝓterq̃z sic habet ꝯstrui inter silles casus. vt omne animal ꝓterq̃z ioã nes currit cuiuslibet hois ꝓterq̃z sortis interest legere ⁊c. Et hmõi signa capiũtur quãdoq; ĩpꝛopꝛie ⁊ tribus modis. ¶ Primo abnegatiue ⁊ tũc includit negationem nõ negãter tẽtam sed infinitãter. ⁊ tũc ly ꝓterq̃z valet tãtũ sicut absq;. vt sortes ꝓter platonem currit. id est sortes absq; platone currit. Et isto modo habẽt etiam distribuere terminos quos regũt. ¶ Secũdo modo capiũtur substractiue ⁊ tũc dicũt diminutionem vt vbi. Quinq; ꝓter vnum sunt quattuoꝛ. Ydest subtrahendo vnum a quinq; erũt quattuoꝛ. ¶ Tertio modo capiũtur additatiue ⁊ tũc importãt additionem vt tu obligaris mihi florenum ꝓter denarium. i. addendo denarium. Tria ꝓter vnum sunt quattuoꝛ. id est addẽdo vnum ad tria erũt quattuoꝛ. ¶ Quarto capiũtur vt faciũt ꝓpositiones de exceptis extremis. ⁊ tũc quando sunt partes extremoꝝ ⁊ ly ꝓter valet tãtum sicut qꝫ nõ est. Alio modo capiuntur vt in proposito vt faciũt ꝓpositiones exceptiuas ⁊ tũc nõ sunt partes subiecti ⁊ predicati sed totius propositionis. Et ꝑ magistrum hugonẽ quãdo talia signa sic capiũtur tũc debent sequi terminos distributos ꝓpter quod dicit qꝫ exceptio debet fieri a toto in q̃ztitate ⁊ hoc est ĩtelligẽdum in propositione affirmatiua vbi nulla ponitur negatio ⁊ apta quia est apta. nõ omnis homo ꝓter sortez currit. quia ꝯtradicit huic. omnis homo ꝓter sortem currit. Sed ꝑ hugonem tũc nõ ꝯtradicit sibi. sed sibi ꝯdicit vna disiunctiua cõposita ex ptibꝰ ꝯdicẽtibꝰ copulatiue per quã tũc affirmatiua exponitur. Et sic tenet ipse qꝫ ꝓpones exponibiles sunt hypothetice. ⁊

Signũ exceptiuũ ĩ ꝓpꝛie capitur tribus modis.

Primo.

Secũdo.

Tertio.

Quarto.

Signũ exceptiuũ ꝓpꝛie.

Propõ exceptiua.

Diꝛia signorũ exceptiuoꝝ.

ſic iſta eſt inepta hō ꝑter ſortē currit .nō tñ ſic inepta q̄ eſſet incōgrua. ſz eſt inepta aptitudine logicali. ¶Notāduz q̄ ad ꝓpōnē exceptiuā tria regrunt ꝓprie dictā ſm hugonem. Primū eſt q̄ ſignuz exceptiuū excipiat a toto in q̄ntitate. i. q̄ ipm p̄cedat terminus diſtributus. ſed hꝫ nō regritur ſm cōmunem ſcholā. qz iſta eſt ꝓprie dicta. nō omnis hō ꝑter ſortem nō currit quia contradicit vni ꝓprie dicta. Secūdo regritur q̄ terminus p̄cedēs habeat plura ſuppoſita. z hoc etiam non requirit cōiter cum tñ iſta ſit apta. nullus ſol ꝑter illum lucet. demōſtrādo ſolem. Tertio q̄ terminus exceptus id eſt termin⁹ ſuper quez cadit ſignū exceptiuū ſit inferior ad ſubiectū. Et hoc eſt intelligēdum ſi propoſitio debet eſſe vera. z ſi eſt affirmatiua vbi nulla ponitur negatio. alias nō oportet cum iſta ſit ꝓprie dicta z vera nullus deus p̄ter creatorem eſt omnipotēs. ¶Cōſequēter eſt ſciēduz. ſicut etiam notat magiſter Hugo q̄ propoſitio exceptiua quattuor partes principales habet p̄ter copulam. capiēdo partes ꝑncipales vt in propoſito ſcilicet principale ſubiectum. principale predicatum dictionem exceptiuam z terminum ſuper quem cadit dictio exceptiua. Et vocantur iſta partes principales qz illa debent cōſiderari in expoſitione talium propoſitionum quia faciūt ad veritates z falſitates earum. Et ſimpliciter loquēdo quelibet talis ſolum habet duas partes ꝑncipales videlicet ſubiectum z ꝑdicatum. ¶Et notabiliter debet cōſiderari ſignum exceptiuū. qz rōne ipſius diuerſificatur veritas z falſitas ꝓpoſitionū vna cum alijs ſignis q̄ affirmat vel negat. z quādo ipſum affirmat tūc denotat q̄ ꝑdicatum ꝙueniat ſubiecto pro omnib⁹ ſuppoſitis demptis ſuppoſitis termini extra capti. Et hoc nō requiritur ratione ly ꝑter precise. ſed ratione omniū ſignoꝝ in tali ꝓpoſitione poſitoruz. z ſic nō equiuocat tale ſignuz ſiue ponatur in affirmatiua ſiue negatiua ſiue excipiat a toto in q̄ntitate ſiue nō. quia ratione ſui ſemper idem requiritur. Sed quia in vna ponitur ſignum vniuerſale diſtribuēs ſubiectum vel negatio ratione quoꝝ ſignoꝝ etiā aliquid requirit. ¶Secūdo denotat q̄ ꝑncipale ſubiectū ꝙueniat termino extra capto. ¶Tertio q̄ ꝑdicatum negat vere de termino extra capto. z hoc eſt ſic' intelligēdum ratione ipſius z aliorum ſignoꝝ requirit hoc ad veritatez ꝓpoſitionis quādo eſt affirmatiua z nulla negatio ponit in ea z ꝑncipale ſubiectū diſtribuitur. Et terminus extra captus vocat terminus ſuper quē cadit dictio exceptiua. ¶Et iſtis cōſideratis faciliter poteſt haberi quomodo ſingule propōnes exceptiue ſint exponēde affirmatiue ſic etiam negatiue ꝙtradictorie ipſarum vel contrarie quia quādo ꝓpoſitiōes exceptiue opponūtur aliqua oppoſitione tūc poſt hoc partes que ponunt in expoſita ſiue partiales exponētes vnius debent eſſe oppoſite eadē oppoſitiōe partib⁹ exponibilib⁹ alterius. vt ſi ſunt cōtrarie tunc debēt etiam partes vnius eſſe cōtrarie partibus alterius. ſi ſuccōtrarie tunc debent etiam partes vnius eſſe ſuccontrarie partibus alterius. ¶Conſequēter notādum q̄ propoſitiones exceptiue ſunt in octu plici differentia. Quedam ſunt in quibus nulla ponit negatio. alie ſunt in quibus negatio ponitur añ verbum z poſt ſignum exceptiuum. Tertie ſunt ꝙtradictorie ꝑme. Quarte ſunt ꝙtradictorie ſecūde. Quinte ſunt in quibus ponit vna negatio lata ſup ipz ſignū exceptiuū. Sextevbi ponunt due negatiōes quarum vna fertur ſup ſignuz exceptiuū z alia ſup copulam. Septime ſunt contradictorie quinte. Octaue ſunt contradictorie ſexte. z exempla ſunt

Ad ꝓpōnē exceptiuā tria regrūt

Propō exceptiua hz q̄ttuor partes.

Signū exceptiuum denotat. Primo.

Scōo.

Tertio.

Exceptiue ꝓpōnes exponunt.

Octa ꝓpōnū exceptiuaꝝ.

Expositio marsilij. facilia. ¶Ulterius est notandū q magister Marsilius exponit singulas ꝓpositiones exceptiuas p duas exponētes quarum in prima ly preter mutat in ly aliud ab vel alius ab ꝑm exigentiam ꝯgruitatis ⁊ actūs siue dictio exceptiua mutatur in ablatiuuz nil plus variando ab ipa exposita. Et i scda exponēte ꝑdicatū negat ꝓncipaliter de termio extra capto vt ista. oē aīal ꝑter hoiem est irrationale. sic exponit omne aīal aliud ab hoie est irrōnale. ⁊ nullus hō est irratiōalis. Et ista expositio nō valet. qz als ꝓpositio impossibilis deberet ꝯcedi vt ista. omne aīal ꝑter chimerā est sensitiuū. Sic etiam illa. oē animal ꝑter lapidez est suba. qz ambe exponētes sunt vere. Et q̄uis ꝑma exponēs ꝑme nō est vera vicz ista. omne animal aliꝺ a chimera est sensitiuū exquo subiectū non supponit eo q alietas non potest cadere inter chimeram ⁊ animal tam en secunda deberet ꝯcedi. ꝓñs aūt falsum est. qz in omni exceptiua in qua nul la ponit negatio si talis debet esse vera oportet q principale subiectum ꝯueniat termino extra capto. mō sic nō est de illo termio animal ⁊ ly lapis. ¶Propter hoc magister hugo supaddit vnam exponētē in qua principale subiectum predicatur de termino extra capto. ⁊ illam ponit ꝓ secūda. ⁊ alias duas format sicut Marsilius vt illam. omne animal ꝑter hominez est irrōnale sic exponit. omne aīal aliud ab hoie est irrōnale ⁊ ois hō est animal. ⁊ ois hō nō est irrōnalis. ¶Et ꝓ ista expositione est notandum q alius siue suum ꝯdeclinū capit dupliꝛ. Uno mō incōplexe vt est vnus terminus ꝑdicamēti ad aliqd. ⁊ sic ꝯnotat diuersitatē p modum respectus. Et sic alietas ꝓprie cadit solū inter res simul existētes. Et sic dicitur capi stricte signum alietatis. Et sic expositio Hugonis nō valet qz alias in certo casu exposita esset vera: ⁊ totalis eius exponens esset falsa vt ista. Omnis impator ꝑter istum fuit rome ꝺemonstrādo impatorē iam existentē. Et sic ponēdo casum q ipe nō fuerat rome. ⁊ q omnes alij fuissent rome tunc ista est vera in casu. Et tamen totalis exponēs eius est falsa. qz ꝑª est falsa. Ois imperator alius ab isto fuit rome. Quia iam subiectum ꝓ nullo supponit. Et hoc in isto casu in quo nunq̄z plures fuissent simul. qz tunc nullus fuit albus ab isto. Sic etiam illa deberet concedi. Omnis homo ꝑter platonem viuit p totam horam in casu in quo solum tres hoies essent scz sortes ⁊ plato ⁊ cicero. ⁊ sortes viueret p totam horam. ⁊ plato solum ꝓ ꝑma medietate huius horę. ⁊ cicero solum ꝓ secūda medietate tūc ꝑma est vera. ois hō alius a platone viuit p totam horā. qz solum sortes est alius a platone eo q cicero nō est cum platone. Sic etiam secūda est vera ⁊ plato ē hō. tertia etiā est vera. plato nō viuit p totā horā tū ista in tali casu manifeste est falsa.

Scꝺo. qz vlis cuiꝰ ꝑdicatuz nō ꝯuenit cuilibz suppositi subiecti. ¶Illo mō ly aliꝰ ab vel suum ꝯdeclinū capit vt includit negationē infinitāter tentā. ⁊ sic valet tantum sicut nō idem. ⁊ isto modo nō importat simultatē reruz. qz ista est vera isto modo. sortes est alius a chimera ⁊ nō requiritur q chimera sit. sed sufficit q sortes sit res que nō est chimera ⁊ isto mō capit large. ⁊ illo modo capiēdo tunc expositio hugonis est valde bona. ¶Tamen ꝑm nostrum modum tales ꝓpones exponunt p tres exponētes in quarum ꝑma ly ꝑter vel aliud signū exceptiuū mutat in ly qꝺ nō est vel qui nō est ꝑm exigentiaz cōgruitatis. Et dictio exceptiua si fuerit obliqui casus mutat in noiatiuum ⁊ nil plus mutat in ꝓpone exposita. Sed secūda exponēs est talis in qua ꝑncipale subiectum ꝑdicat de termino extra capto. Et tertia exponēs est talis in

Expositio cois. Reprobat Expositio Hugonis. Alius capit dupliꝛ ꝑ.

qua principale predicatum predicatur de termino extra capto. Sz de qualitate ⁊ quantitate exponentium ponuntur regule certe. nam hec est.

Prima regula quãdo signũ exceptiuũ affirmaꝫ tũc talis propositio dz exponi copulatiue siue fuerit affirmatiua siue negatiua. si vera negatur tunc debet exponi disiunctiue sicut tũc est in omnibus pregnãtibus. vbi signum pregnans est syncategorema.

Secunda regula q̃ prima exponẽs debet eẽ eiusdẽ q̃litatis ⁊ q̃ntitatis cum exposita ⁊ nihil plus mutaꝫ nisi q̃ signũ exceptiuũ mutaꝫ in ly quod nõ est vl̃ suũ condeclinium ita q̃ etiam in ly qõ nõ fuit vel in ly quod nõ erit ꝑm exigẽtiam copule. ⁊ si fuerit terminus exceptus obliqui casus mutaꝫ in nominatiuũ. ¶ Tertia regula q̃ si terminus extra captus distribuitur tũc secũda exponẽs debet esse vniuersalis ⁊ si super signum exceptiuũ nulla fertur negatio. vel plures precise pares tunc secunda debet esse affirmatiua. si autez super signum fertur vna negatio vel plures precise impares tunc secunda debet esse negatiua. ¶ Quarta regula q̃ tertia exponẽs semp debet esse opposite qualitatis cuz exposita seu cum prima exponẽte. ⁊ debet esse eiusdem quãtitatis cum secunda exponẽte. vt illa omne animal ꝑter hominẽ est irrõnale. sic exponiꝫ. omne aial qõ nõ est hõ est irrõnale. ⁊ omnis hõ est animal ⁊ ois hõ nõ est irrõnalis. Et termini debẽt in exponẽtibus accipi ad eãdem differẽtiam tẽporis ad quã accipiebãt in exposita. ¶ Et iste modus est vniuersaliter ver⁹ in oib⁹ ꝓpoñib⁹ exceptiuis siue affirmatiuis siue negatiuis. ⁊ ꝫ nõ in solubi lib⁹ qz in isolubili nõ sufficiũt tres exponẽtes. qz ista ꝓpõ ois ꝓpõ ꝑter exceptiuã est vera in tali casu in q̃ solũ eẽnt due ꝓpones hõ est aial ⁊ de⁹ est tũc ista exceptiua nõ sufficiẽter exponiꝫ p tres exponẽtes iuxta regulas dictas qz alias ipa eẽt v̄a eo q̃ exponẽtes tres sũt vere. sed oportet q̃ addaꝫ quarta exponẽs ꝓpter modum significãdi secũdarũ quam tũc habet talis ꝓpositio ratione cuius flectit falsitatem supra se ⁊ debet esse quarta. ⁊ illa exceptiua est vera. ¶ Et regula intelligiꝫ q̃ntum est precise rõne signi exceptiui. qz si fuerint plura signa in aliq̃ propositione pregnãti tũc nõ sufficiẽter probaꝫ propõ ratione vnius signi. sed oportet q̃ ꝓbeꝫ ratione omnium signorum simul sumptorum. ¶ Et sic ex regulis patet faciliter qualiter tales sint exponẽde. Omnis homo ꝑter asinum possibiliter est rationalis. omne animal ꝑter hominẽ nõ necessario est rõnalis. ego nunq̃z vidi platonẽ ꝑter heri. Illa tñ de rigore nõ est vna exceptiua. nullũ hominẽ nisi platonem iam percussi. omne pictuz ꝑter hominem est ens. ⁊ secũda exponẽs debet formari taliter q̃ ly homo nõ restringaꝫ per ly pictũ exquo prius nõ est restrictum. Sic etiam illa quemlibet hominem ꝑter sortem video. nullius hominis ꝑter q̃z sortis iterest legere. omne animal qõ fuit ꝑter hominem põt esse irrõnale. ¶ Item arguitur si modus iste exponẽdi staret sequereꝫ q̃ ista deberet concedi nullus homo ꝑter respõdẽtem est in scholis. Assumptũ probaꝫ quia tertia esset vera vel respõdẽs est in scholis quia ipsa exponiꝫ disiũctiue. ꝓsequẽs autem est falsum quia ex ea sequiꝫ falsum. quia sequiꝫ bene. nullus homo ꝑter respõdẽtem est in scholis. ⁊ georgi⁹ est homo qui nõ est respõdẽs. igiꝫ georgi⁹ non est in scholis. ꝓsequentia tenet in ferion. ¶ Lõ firmaꝫ. Sequereꝫ q̃ ista deberet negari. Omnis homo ꝑter vnum est in scholis in casu in quo eẽnt solum. x. homines ⁊ sint. ix. in scholis. et vn⁹ ex-

Si exceptiua soluz p tres exponatur ꝛc.

Arguiꝫ ꝓ.

Scũdo.

Rñ. ad ꝑm argumẽtuz

tra scholam. quia subiectum pro nullo supponit. ¶ Ad primuz respondetur q̃ predicta ꝓpositio debet concedi saltem capiendo in sensu exceptiuo vt ꝓbatum est in argumento. Sed ad improbationem negef consequentia nec est in ferion. quia signũ exponibile ponitur in vna premissarum ⁊ non in alia. Sic etiam maior est exponibilis ⁊ nõ minor: ⁊ propter hoc nõ valet syllogizari in exponibilib⁹ vbi signum exponibile ponit in vna ⁊ nõ in alia. Sic etiam dicit magister Hugo q̃ nõ valeat ꝯsequentia in exceptiuis ab inferiori ad suprius. vel ecõuerso. Etsi arguitur tamẽ ꝑdicta ꝓpositio cõmuniter negatur dicitur q̃ tũc nõ capitur in sensu exceptiuo. sed tũc ly preter

Ad scõm.

capitur negatiue. ¶ Ad secũdum respondetur q̃ cõcedendo q̃ ipa sit falsa vt arguit argumentum. Sed quando talis conceditur tunc ly preter capitur subtractiue ⁊ nõ exceptiue. sic etiam illa est falsa. omnis chimera preter hominem non est rõnalis. ⁊ licet sit negatiua cuius subiectum ꝑ nullo supponit. tamen talis regula non habet veritatem in pregnãtibus. Sic etiam ista est falsa. omne animal preter hominem nõ est irrationale. ⁊ nõ debet exponi disiunctiue vt exceptiua negatiua. nec valet etiam consequẽtia illa ꝓpõ exceptiua est negatiua. igitur illa ꝓpositio est exceptiua negatiua. Et Hugo ponit regulas aliq̃s circa illũ articulũ q̃ sũt plane iõ relinq̃. Et oẽs ꝓpõones exceptiue pñt exponi ꝑ ⁊radictorias siue sint succõtrarie siue cõtrarie. Et dando ⁊trariã in exceptiuis signũ exceptiuũ põt negari in vna earũ vel nõ vel etiã põt in ambab⁹ affirmari. Nec ẽ inconueniẽs q̃ dent due ꝟrie in materia nãli que sunt simul false. vt ille due. omne animal ꝓter lapidez est rationale. oẽ aial preter lapidez nõ est rationale. sic etiã iste due. ois hõ preter lapidẽ est rõnalis omnis hõ preter lapidem nõ est rõnalis. q̃ille sunt ꝓgnãtes. Sz in ꝯdictoꝛijs tũc signum in vna earum debet negari ⁊ in alia affirmari.

Sophisma.

Omne animal preter hoiez est irrõnale. Nro sophisma te ẽ notãdũ q̃ tenẽdo q̃ ꝓpones exponibiles sũt hypothetice nõ habet expresse partes ꝓncipales ⁊ mãles sed iplicite ⁊ tunc est vna copulatiua affirmatiua. sed tenẽdo q̃ sint categorice sicut cõmuniter tenef tũc sophisma est vna vniuersalis affirmatiua. ⁊ in sensu exceptiuo tunc ly animal est subiectum. ly rationale est predicatum. ⁊ ly preter hominez est pars totius ꝓpõnis. sed prout est vna de excepto subiecto tunc hoc totũ est subiectuz. aial preter hominez. sic etiam si ly preter determinat predicatum scz ly rationale tunc est vna de excepto predicato. ⁊ tunc habet alium sensum. ¶ Et propositio de excepto extremo faciliter exponitur mutando ly preter in ly q̃ non est. vel aliud suum condeclinium ẓfi est affirmatiua in qua nulla negatio ponitur tunc debet poni constantia termini excepti. ⁊ sic illa est falsa. omnis homo est rõnalis preter chimeram Et capiendo in sensu exceptiuo sophisma tunc ly animal restringitur ꝑ ly preter hominẽ soluz pro animal q̃ non est homo. nec oportet signuz restringens semper se tenere ad idem extremum cum illo quod tunc restringit. vt patet de ly nullus in illa nullus homo currit quod nõ est pars subiecti. ⁊ tñ restringit ly homo. Et ideo potius ly preter hominem restringit subiectum. q̃ irrationale vt dictum est. quia additur sibi. tamen etiam potest addi huic terminо irrõnale. Et sic ly preter est signum suppositionis ⁊ restrictiõis. nec oportet quolibet tale esse partem extremi q̃ instantia est de signo pregnãte.

Propõ de excepto extremo exponit ⁊c.

Sic etiam de ly ille.ibi.ille homo currit ꝑm vnam opinionem que dicit q̄ non sit pars extremi.non autem oportet terminum distributum per signum exceptiuum etiam in sua contradictoria distribui.imo tale signuz suppōnis ⁊ restrictionis q̄ō nō est pars extremi quale est ly ꝓter.bene potest impediri ꝑ signum ꝓcedens.Et sic ly hominem in ista.nō omne aial ꝓter hominez est irrōnale nō supponit distributiue.q̄ si talis terminꝰ exceptus supponeret distributiue ꝑ tale signū exceptiuum.tūc exquo illa semp debet esse vniuersalis q̄ñ terminus exceptus distribuit tūc due cōtradictorie essent simul false.vt ille due omne animal ꝓter hominez non currit.non omne animal ꝓter hominem nō currit.in tali casu in quo essent soluz homines ⁊ nullū brutum.⁊ aliqui currerent ⁊ aliqui nō tunc ista est falsa omne animal ꝓter hominem non currit.quia tertia exponens est falsa.videlicet illa.omnis homo currit.sic etiaz illa aliq̄ō animal quod non est homo non currit.vel nullus homo est animal.vel omnis homo currit.saltem si terminus exceptus distribueretur.modo quelibet illarum est falsa. Verum est alij dicerent q̄ non oportet semper secundam esse vniuersalem vel etiam tertiā.etiā dūmō terminus exceptus distribueret.Sed oportet q̄ sic exponerent q̄ partiales exponētes vniꝰ cōtradicerent partialibus exponentibꝰ alteriꝰ. Et sic exponerent oēs ꝓpositiones exceptiuas oppositas per ꝓtradictorias. Sed tñ q̄ cōmuniter hoc ponitur ꝑ regula.q̄ quando terminꝰ exceptus distribuit q̄ secunda debet esse vniuersalis.ergo tenendum est ꝑmū. Et sophisma est in materia naturali capiendo ly animal absolute. Capiēdo vō connotatiue ⁊ ly hoiem cōnotatiue:tunc ite⁊ est in materia naturali. quia tūc est predicatio accidentalis ⁊ conuertibilis.Et ly ille terminus animal non sit conuertibilis cum ly irrationale:tñ taliter tentus est conuertibilis cuz ly irrationale Et hoc sufficit q̄ extrema taliter tenta sint ꝙuertibilia. Per hoc respondetur ad sophisma:ipm cōcedendo capiendo ly animal ⁊ hoiem eodē modo vicz ambo cōnotatiue aut absolute Si aūt ly aial capit absolute ⁊ ly hō cōnotatiue:tunc sophisma est falsum.quia tunc subiectum supponit ꝑ digito ⁊ ꝑdicatuz non.Et debet sophisma sic conuerti. ergo irrōnale est animal Nec est inc̄ueniens q̄ aliqs terminus in cōsequēte supponit ꝑ pluribꝰ q̄ꝫ in añcedente:dūmodo nō distribuit ꝓ pluribꝰ in cōsequēte.Et ita ista.irrationale est aial q̄ō nō est hō nō est cōuertēs alterius ꝓprie loquēdo.quia nō participāt in extremis.sed est bona ꝓña. Arguit.Sophisma est falsuz. ergo male concessum.Assumptum probat.quia ex ipso sequit falsuz assumptuz probat.sequit bene:oē animal ⁊c.⁊ omnis asinus est aial.igit ois asinꝰ ꝓter hominez est irrationalis.tenet cōsequētia in barbara.⁊ consequens est impossibile.Confirmat.Sequit bene.omne aial ⁊c.⁊ ista sunt omnia animalia.g̃ hoc animal ꝓter hoiem est irrōnale.⁊ sic de alijs. Cōfirmat. Sequit bene.omne animal ⁊c.⁊ sortes est.g̃ omne aial ꝓter sortem est irrationale.tenet ꝙsequentia a superiori ad inferius cū distributione supioris ⁊ cum cōstantia inferioris. Ad primuz negat assumptuz.Et ad ꝓbationem negetur consequentia.quia medium in ꝑmissa in qua nō distribuit videlicz in minore supponit ꝑ pluribus ⁊c.Sic etiaz signuz exceptiuū ponit in vna ꝑmissarum ⁊ cōclusione.ergo etiā deberet poni in alia. Nec valet sic formā do:⁊ asinus est animal ꝓter hoiem.quia minor iaz est vna de excepto extre-

Rñ.ad sophisma.

Argr̄ ꝑmo

Scōo. Tertio.

Rñ.ad argu.

mo. Sed oportet q̄ sic formaret minor. ꝛ ois asin⁹ preter hoiem est animal. ꝛ illa est impossibilis. ¶ Ad scūdū rñdet negando q̄ bene descēdat. quia dūmodo sub ly animal descenditur: signum exceptiuum debet mutari in ly quod nō est. vt sic. ḡ hoc animal q̄d nō est homo est irrōnale. assumendo ꝑ⁹ cōstantiā vel antiquū medium. Sic etiam nō sequitur. omne aial quod nō est hō est irrōnale. ergo oē animal q̄d nō est ille homo est irrationale. ꝛ sic de singulis. quia ly animal distribuitur pro pluribus in consequente q̄z in antecedēte. Et hoc est q̄d communiter dicit q̄ sub determinatiōe distributa ꝛ vnica acceptione accepta cum suo determinabili nō oportet valere descensum dummodo tale determinabile distribuit ꝛ precipue in affirmatiuis sic etiam in negatiuis nō semper.

Ad scōm.

Ad tertiuz

¶ Ad tertium respondetur. negando cōsequentiaz. quia sicut magister Hugo dicit in isto argumēto q̄ in exceptiuis nō valet argui ab inferiori ad superius: etiam pure affirmatiue. vel ecōuerso. Sic etiaz illa cōsequētia nō valet: omne animal preter hominē est irrationale. igitur omne animal preter hoiem vel asinum est irrationale. Sic etiam illa nō valet. aliquod animal nō est irrationale. igitur omne animal preter hominem est irrationale. si nullum esset animal. Sed cum cōstātia similiter nō valet. vt sic: ꝛ animal est. si solum bruta essent. Sed illa bñ valet: omne animal ꝛc. igit aliq̄d animal nō fuit homo. Sic etiam inferēdo illā: ergo nō oē animal est homo. Nec illa valet: animal nō fuit rōnale ꝛ homo est. igit oē animal ꝛc. si esset p̄mū istās esse omnium hominum ꝛ nullum brutum esset. Sed illa bene valet. sortes potuit asinum. igit oē aial ꝛc. sic etiam: igitur non omne animal est irrationale.

Signū exclusiuum.

Secundus articulus

Signū exclusiuū excludit duo Primum.

est de exclusiuis. Pro isto articulo est notāduz q̄ signa exclusiua sūt: solū: dūtaxat: pcise: tm̄: tm̄modo: solūmodo: ꝛ similia. ¶ Et signū exclusiuū est signū syncategorematicū rōne cui⁹ ad veritatem ꝓpōnis q̄ztum est ex parte sui ꝛ copule regit q̄ pdicatū solū suppositis termini cui addit cōueniat ꝛ nō pluribus. Et hoc dūmodo sup totam ꝓpositiōez ferat. ¶ Et talia signa q̄ntūq̄z excludūt alietatem: q̄ntūq̄z pluralitatē. Tm̄ signū exclusiuum excludere alietatem est signū excludere suppositā alia a suppositō vel suppositis termini cui addit. ꝛ hoc cōiter fit q̄n talia signa addunt termino nō nūerali cardinali. vt tm̄ homo est animal. Et ꝓpositiōes habēt exponi de rigore gratia alietatis.

Scōm.

¶ Sed signum exclusiuū excludere pluralitatem est excludere numerū alium a numero termini cui addit tā q̄z subiecto. ꝛ hoc fit quā do talia signa addunt termino nūerali cardinali.

Unic⁹ nō est sig^m exclusiuum.

¶ Ex his patet q̄ vnicus nō est proprie signum exclusiuum. quia nō excludit oia supposita alia a suppositis termini cui addit. sed solum suppositā eiusdem speciei cum suppositis termini cui addit. vt vnicus homo currit. iam ly vnicus nō excludit brutum. sed bene excludit homines quo ad pluralitatem. id est q̄ nō plures homines currāt. verū est etiam quādoq̄z excludit alia supposita alteri⁹ speciei. vt vnicus homo cū equo currit. ꝛ hoc est in bene placito intellect⁹ qui potest tale signuz accipere vt excludat suppositā eiusdez speciei cū suppositis termini cui addit. vel etiam vt excludat alia suppositā p̄m intentionē ꝓferentis. ¶ Et illa ꝓpositio: vnicus homo currit. vel cōsimilis nō bene exponit sic hō currit ꝛ null⁹ ab eo currit. q̄ ia ly eo est relatiuū ꝛ ponit i copulatiua

incipere non fuisse. motus heri incepit esse. motus qui heri incepit esse ho
die non est. ¶Consequenter est sciendum. exquo dictum est q tales ꝓposi
tiones exponunt per disiunctiuam compositam ex copulatiuis. quarum
vna exprimit primum instans esse. ⁊ alia exprimit vltimum instans non esse.
q instans in proposito capit pro instanti indiuisibili. ⁊ licet talia nõ sunt. vt
patet sexto phyſicorum. tamen in ꝓposito oportet nos loqui acsi talia eẽnt.
Imo dic Hugo q tales sunt negãdi. qui volũt admittere instantia indiui-
sibilia in hac materia. ⁊ hoc ꝓpter multas solicitudies inuestigãdas. ⁊ sic p
ly hoc vel p ly nũc in exponentibꝰ oz demõstrari instãs indiuisibile. Iz ali
qui demonstrãt etiã pñs tps diuisibile respective in ordie ad ꝓteritũ nõ diu
trãsactuz. Sicut mgr Hugo ponit multas expositiões q̃ videant ibidẽ. ⁊ sic
ly immediate post hoc est syncategorema mixtũ. ¶Est ḡ instans in ꝓposito
res indiuisibilis ꝑm durationẽ hñs positionẽ in tempore Sz momentuz est
res indiuisibilis hñs positionẽ in motu. ⁊ sic instãs ⁊ momentum sunt termi
ni cõuertibiles. Sed punctũ est res indiuisibilis habẽs positionẽ in cõtinuo
¶Et quattuor sunt instãtia terminantia rem videlicet primum instãs esse.
vltimũ instans non esse. ꝑmuz instans nõ esse. ⁊ vltimum instans esse. Et p
prima duo instãtia res incipiunt esse. ⁊ p vltima duo res desinũt esse. Et ꝑ-
mum instans esse rei est instans ꝓ quo res iam est. ⁊ eadez imediate añ hoc
non fuit. Et p tale instans incipiunt res pmanẽtis nature. sicut hõ. asinus.
⁊c. Sed vltimuz instans non esse rei est instans pro quo res iam non est. ſz
eadem imediate post hoc erit. Et p tale instans res successiua icipit esse sal
tem ꝯsiderando talem rem vt est successiua sicut motus localis. ⁊ quilibet

Instans. quõ capit.

Quattuor ſt ſtantia.

Primum.

Secũduz.

motus incipit esse motus ꝑ vltimo instanti nō esse ipsius motus. licet non quilibet motus incipiat esse ens ꝑ vltimo nō esse sicut patet de forma substantiali asini que generat. talis nō incipit esse ens ꝑm Biridanum ꝓ vltimo nō esse forme. sed incipit esse ens in instanti sui esse. licet bñ incipiat eē motus per vltimū nō esse ipsius motus. tamē adhuc nō est ꝑm Biridanum Sed tunc est ens postq̄z cōplete est genita ⁊ tunc non est motus. Sed tunc desijt esse motus vel desinit esse motus. ¶Sed primum instans non esse rei est ꝑ quo res iam nō est ⁊ eadem immediate ante hoc fuit. ⁊ ꝑ tale instans siue ꝓ tali instanti quelibet res temporaliter desinens esse desinit esse siue fit permanens siue successiua. Et propter hoc magister ¶Marsilius exponit ꝓpositiones de desinit ꝑ vnam copulatiuā exprimentem ꝑmum instans nō esse sicut patebit in sequenti articulo. ¶Sed vltimuz instans esse rei est instans ꝑ quo res iam est ⁊ eadem immediate post hoc nō erit ⁊ ꝑ tali instanti res instantanea desinit esse. vt quelibet res indiuisibilis desinens esse sicut momentum in motu. instans in tpe. Sic etiam si deus annihilaret aliquam rem vt puta angelum vel animam talis desinit esse ꝑ vltimo instanti sui esse ⁊ sic ꝓ illo instanti desinunt esse res pmanētis nature similiter successiue vt qualitas in rarefactione ꝑm ¶Marsi. ¶Et ꝑ illo est sciēdum q̄ duplex est res vicz pmanens ⁊ successiua. ¶Res pmanens est res cui ꝑm se totum non repugnat coassistere alicui toti tempori. ⁊ cuilibet eius parti sicut homo asinus. imo quelibet substantia. Sed res successiua est duplex. Quedam est res successiua in esse ⁊ in fieri. ⁊ est res cui ꝑm se totum repugnat coassistere alicui toti tempori ⁊ cuilibet eius parti hoc est que partim acquirit esse ⁊ que partim manet ꝑ aliquod tempus vel etiam que instantanee acquirit siue producit. sed tñ ꝑm sui naturam non pōt coassistere alicui toti tpi ⁊ cuilibet eius parti. Et talis vocat res pure successiua sicut motus totalis etiam momentum in motu ⁊ instans in tpe. Alia est res successiua in fieri ⁊ pmanens in esse ⁊ est res que successiue acquirit per partem post ptem. ita q̄ ꝑ us vna pars ⁊ post hoc alie. ptibus tñ acqsitis tali rei non repugnat coassistere alicui toti tpi ⁊ cuilibet eius parti. sicut generatio substantie vt forme asini. sic etiam generatio caliditatis albedinis ⁊ nigredinis. ¶Arguitur. Si modus exponendi staret sequit q̄ illa deberet ꝓcedi. iam incipit esse omne quod est. assumptum ꝑbat. q⁊ sic exponit. imediate ante hoc nō fuit omne quod est. ⁊ iam est omne quod est. Et illa est vera. quia immediate ante hoc nō fuit hoc instans quod est. demonstrando instans quod est ⁊ iam est hoc instans. Sed q̄ ipa sit falsa quia sequit bñ iam incipit esse omne quod est. ⁊ caspar est ens quod est. ergo caspar incipit esse. ꝓns falsum est. ergo antecedens. ¶Confirmat. Sequit si solum octo homines essent in scholis ⁊ duo intrarent q̄ illa deberet cōcedi decem hoies incipiunt esse in istis scholis. quia exponit sic. decem hoies imediate añ hoc nō fuerunt in scholis ⁊ iam sunt in scholis. ⁊ illa est vera. Sed q̄ illa sit falsa. patet quia sequitur bene. decem hoies incipiunt esse in istis scholis. ergo iste incipit esse in scholis ⁊ iste incipit esse in scholis demonstrando vnum de istis decem. ¶Cōfirmatur. sequit q̄ illa deberet cōcedi. deus incipit esse ꝑ illo instanti q⁊ deus immediate ante hoc nō fuit in illo instanti ⁊ iam est in illo instanti. quia illud instans imediate añ hoc nō fuit. ¶Ad ꝑmum negat sequela. ad ꝓbationez ꝓcedit q̄ ꝓdicta exponens sit vera. Et vlterius est dicendum q̄ talis ꝓposi-

Tertium.

Quartum.

Duplex ē res.

Argū ꝑmo

Scō.

Tertio.

Rñ. ad ꝑm

tio nō debeat exponi ꝑmo. ſed prius debet reſolui ratione ſigni vniuerſalis
Regula. ꝑ ſingulares. ¶Quia qñ in aliqua ꝓpone ponunt duo ſigna vnū exponibi
le ⁊ aliud reſolubile. Et ſignū reſolubile tenet ſe ad totā ꝓpōnem. tunc ꝓpo
ſitio debet prius ꝑbari rōne ſigni reſolubilis. ⁊ poſt hoc ratione ſigni expo
nibilis. deberet ḡ ſic fieri. Jam incipit eſſe hoc qō eſt ⁊ iam incipit eſſe hoc
quod eſt. ⁊ ſic de alijs. poſt hoc ſingulares debent exponi. modo plures ſin
gulares ſunt falſe in quibus demonſtrant res que prius fuerunt. Et dicitur
notanter qñ tale ſignū reſolubile tenet ſe ad totam ꝓpōnem. q᷑ ſi tale ſignuꝫ
reſolubile terminaret ſolum in ꝑdicatū ſicut in partem ꝑdicati ſicut in iſta.
ſortes incipit eē omnis homo. tūc talis ꝓpoſitio nō debet reſolui ratiōe ta
lis ſigni. ſed debet exponi rōne ſigni ſimpl᷑r. quia iſta cōiter cōceditur. ſor
tes incipit eſſe omnis homo in caſu in quo quilibet homo alius a ſorte mo
reret. ⁊ q᷑ ſortes etiam ꝑius fuiſſet. ⁊ tamen ſi reſoluit rōne ſigni vniuerſalis
ipa eſſet falſa. quia vna ſingularium eſſet falſa in qua demonſtrat ſortes. vt
ſortes incipit eſſe ille homo. ⁊ ꝑm iſtum moduꝫ ſignū dicit terminari in pro
poſitionem ſiue ſe tenendo ad totaꝫ ꝓpōnem qñ tale ſignū determinat ſub
iectum. ⁊ licet in iſta ꝓpone. iam incipit eē omne qō eſt. ly omne poſtponit
copule ꝓncipali. tamen adhuc dicit terminari in totam ꝓpōneꝫ quia deter
minat ſubiectuꝫ. exquo talis eſt vna de modo loquendi incōſueto. Sic aut
nō eſt in iſta. ſortes incipit eē omnis homo. quia iam ly omnis eſt pars ꝑdi
cati. Alij tñ ꝓcedunt ꝑdictam ꝓpōnem ⁊ negant ꝯſequentiā aſſumptam in
argumento ⁊ dicunt q᷑ variet modus determinandi huius termini incipit.
Rñ. ad 2m ¶Ad ſcōm reſpondet capiendo numerum pluralē cōiunctim ꝓcedēdo q᷑
ꝑdicta ꝓpoſitio ſit vera. vt patet ꝑ exponentes. ⁊ nō valet ꝯſequētia aſſum
pta in argumento. nec etiā inferendo illā. ergo quilibet illoꝝ incipit eſſe in
iſtis ſcholis. Sed capiendo numerum pluralē diuiſim tunc ꝑdicta ꝓpō eſt
falſa. ⁊ tūc ꝓpō talis debet etiā reſolui rōne numeri pluralis in ꝓpōnes ſin
gulares. vt ille homo incipit eſſe in iſtis ſcholis. ⁊ ille homo ⁊c. Et ſic ſin
gulares eſſent falſe. ⁊ ſic tunc ꝓcedit ꝯſequentia aſſumpta in argumento. ⁊
ſic tunc tales ꝓpōnes ſunt diſtinguēde in quibus ponit terminus pluralis
numeri. an pluralis numerus capiat ꝯiunctiꝫ vel diuiſim. ⁊ de illo plus di
Ad tertiuꝫ citur in primo phyſicoꝝ circa iſtam queſtionem. totuꝫ eſt ſue partes. ¶Ad
tertiuꝫ reſpondet capiēdo ly ꝑ illo inſtans ꝓut determinat ly incipit negā
do aſſumptum ⁊ tunc nō bene exponitur ſicut expoſita eſt in argumento. ſz
tunc illa determinatio debet omitti in exponentibꝫ. Si aūt determinat ly
eſſe tūc ꝓceditur iſta ꝓpō. deus incipit eſſe ꝑ illo inſtanti. vt patet per expo
nētes. Nec ſequitur ex eo ergo deus incipit eſſe. q᷑ a parte in modo ad ſuuꝫ
totuꝫ cuꝫ dictione includente negationeꝫ qualis eſt ly incipit nō oportet va
lere ꝯſequentiam. ¶Sed de iſta. ſortes incipit eſſe alter illoꝝ demonſtran
do per ly illorum ſortem ⁊ platonem. ⁊ q᷑ ſortes prius fuerit ⁊ plato primo
generetur. dicendum eſt q᷑ iſta ſit vera. ſortes immediate ante hoc non fuit
alter illorum ⁊ idem nunc eſt alter eorum. quia iſti prius non fuerūt exquo
plato non fuit. Sed illa eſt falſa in eodem caſu. Alter illorum incipit eſſe ſor
tes ⁊ idem nunc eſt ſortes. quia valet tantum ſecunda pars. Et i dem alter
illorum qui immediate ante hoc non fuit ſortes nunc eſt ſortes. ⁊ hoc eſt fal
ſum ⁊ non ſequitur. alter illoꝝ immediate ante hoc fuit ſortes. ergo ſortes im
mediate añ hoc fuit alter illoꝝ. q᷑ arguit ab amplo accepto ad non ampluꝫ

acceptū sine distributione ampli rōne ly alter illoz. Et nō sequit. sortes incipit eē alter illoz: z qlibet alter illoz est sortes vel plato. ḡ sortes incipit eē sortes vel plato. qz arguit a dicto ꝑm qd ad dictū simplr. exq̄ in añte ly incipit sequitur terminus connotatiuus z in ꝓñte terminus absolutus.

Sophisma.

Creans incipit esse deus. ℙro sophismate est notādū qꝫ casus quē ponit magister ℍugo circa illud sophisma est ille. qꝫ deus iā nō creet ſz imediate post hoc creabit. ℂScdo notādū est qꝫ subiectū sophismatis accipit ample pro eo qd̄ est vel imediate post hoc erit creans z nō ampliat in casu sophismatis qz nō supponit respectu copule de ꝑsenti. exq̄ casus ponit qꝫ deus iā nihil creet. Sz ly deus ampliat ꝑ eo qd̄ est vel imediate post hoc erit. z sic ly incipit hz ampliare terminū ꝓcedentē z sequentē ꝑ eo quod est vel immediate post hoc erit. imo quādoq; ambos tminos ꝓcedentes. vbi tñ vnus tenet se ad ptem eiusdē extremi. qz sic illa nō deberet negari asin⁹ icipit eē asin⁹ ꝑm Biridanū quia valeret tñ. asinus icipit eē asin⁹ qui est. si scōm ly asinus non ampliaret. modo hoc est falsum. qz asinus icipit esse asinns qñ nō est asinus. Sic illa etiā nō deberet ꝓcedi. motus icipit eē motus. si termini supponerēt solum pro eo qd̄ est. Sic etiam hoc totum ꝑdicatum incipiēs esse deus est terminus ampliatiuus. Et licet nō supponit in sophismate. quia ly incipit alienat per hoc totum esse deus. Et etiā ꝑ ly deus. Tamen quādo sic dicit. asinus icipit esse asinus tūc ꝑdicatum supponit pro eo quod nō est sed immediate post hoc erit. ℂPer hoc respōdet ad sophisma ipm negādo tanqz falsum. quia exponit sic. creās immediate post hoc erit deus z idē nūc nō est deus. vel crās immediate ante hoc nō fuit deus z idez nūc est deus. Et quelibet copulatiua est falsa. quia ly idem in secunda parte prime copulatiue refert restricte. z sic valet tantum. z idem creans quod immediate post hoc erit. z tenendo qꝫ differentie temporales non sint partes extremoꝝz tunc subiectum secunde partis supponit solū ad ly erit. videlicet ad copulam minus principalem. Si autem sunt partes extremoꝝm tunc hoc totuz est subiectum secunde partis. idem creans quod immediate post hoc erit. z semper tale subiectum supponit pro deo. Secunda pars est vna negatiua cuius extrema supponunt pro eodem. z ergo falsa quia ly creans semp accipitur solum ad ly erit. ℂConsequenter est sciendum qꝫ capiendo ly esse in sophismate vt importat tempus tūc sophisma est possibile. quia ita fuit tempore creationis mundi. qz tunc creans incepit esse deus in tēpore. si autem importat durationem intrinsecam rei siue eternitatem tunc sophisma est impossibile z exponentes tunc repugnant. tamen sophisma semper est in materia remota siue importet tempus siue non. qz extrema sunt semper termini disparati. quia naturaliter non possunt verificari pro eodem. Et ly esse in sophismate est categorema z non est pars copule sed predicati. z restringitur per ly deus ad supponendum solum pro deo. z sic copula nō est complexa ex duobus verbis. z ꝙuertit sic sophisma. ergo incipiens esse deus est creans. quod est vel immediate post hoc erit. ℂArguit. Sophisma ē verum. ergo male negatum. Assumptum probat. qz ipsum sequit ex vero. ergo ipsum est verum. z assumptuz probat. qz sequitur bene: deꝰ incipit eē creans. ergo creans incipit esse deus. Tenet ꝓsequētia. qz noia z v̄ba transꝫ

Rñ. ad sophisma.

Si sophisma sit pos-

Argt ꝑmo

Scdo. posita idem significat. ¶Et iterū sequit bene. deus incipit esse deus creās. ergo creans incipit esse deus. tenet ꝟsequētia a parte in modo ad suuz to-
Tertio. tuz. ¶Et iterū. creans incipit esse deus. vel creās incipt non esse deus. et nullum creans incipit non esse deus. ergo creans incipit esse deus. tenet
Quarto. cōsequētia a tota diſiūctiua cū destructione vnius partis ꝛc. ¶Et iterum. Omne quod nūc nō est deꝰ ꝛ imediate post hoc erit deus: hoc incipit esse deꝰ ꝛ creās nūc nō est deus. ꝛ imediate post hoc erit deus. ergo creās inci-
Rñ. ad ꝑm argumētū. pit esse deus. tenet ꝟsequētia in Barij. ¶Ad ꝑmū respōdet negādo assūmptū. ꝛ ad ꝓbationē neget cōsequētia. nec arguit per regulaz. Nomina ꝛ verba trāsposita idem significāt. Primo quia nō trāsponūtur a parte eiusdem extremi. Secūdo quia arguit̄a dicto ſm quid ad dictū simpliciter. qz incipit in añcedente dicit inceptionē ſz quid. exquo ipsuz sequit terminus cōno-
Duplex est inceptio. tatiuus. In ꝟsequēte vō dicit inceptionē simpliciter. exquo ipm sequit terminus absolutus. ¶Pro illo est sciēdū qꝫ duplex est inceptio. vz. inceptio simpliciter dicta ꝛ inceptio ſm quid. Inceptio simpliciter dicta est mutatio rei de nō esse ad esse. i. est mutatio qua res iā est ꝛ imediate ante hoc nō fuit. vel vbi aliq̄ res iā nō est. ꝛ imediate post hoc erit sicut inceptio motus localis. Sed inceptio ſz quid est quādo aliq̄ res que prius fuit ēt iaz est sic aliq̄liter se habet q̄liter se ꝓus nō habuit. sic ſi ipse sortes albꝰ denigraret. sic
Ad scōm. etiā qñ sortes icipit eē pi. ꝛ in plūbus alijs ꝛ silibꝰ. ¶Ad scōm rñdet negādo ꝟñam. nec arguit ꝑ regulā a pte in modo ꝛc. qz arguit cū dictione includēte negationē. vz. cū ly incipit. Sic etiā hoc totū. deus creās est terminus cōnotatiuus qui sequitur ly incipit in añcedēte. ꝛ sic iterū arguitur a dicto ſm quid ad dictū simpliciter. Tamē qñq; talis vel ꝟsimilis ꝟsequētia valet. vt quādo talis terminus cōnotatiuus est terminus ꝟuertibilis cum tali termino absoluto. vel quādo est terminus trāscēdēs. vt bene sequit. sortes incipit esse homo risibilis. ergo sortes incipit esse homo. Similiter. sortes incipit esse homo qualis. ergo sortes incipit esse homo. sic etiā. Sortes incipit esse homo quātus. ergo sortes incipit esse homo. capiēdo iam ly qualis ꝛ quātus vt sunt generalissima. Et breuiter tūc talis cōsequentia valet quādo talis terminus cōnotatiuus cōnotat partem formalem talis rei ꝓ qua
Ad tertiuz supponit terminus absolutus. vt sortes incipit esse homo sensituus. ergo sortis incipit esse homo. ¶Ad tertium respōdet cōcedēdo cōsequentiam ꝛ negādo antecedens. quia ꝑma pars copulatiue. videlicet disiunctiua est falsa. quia quelibet eius pars est falsa principalis ꝛ materialis. Et licet deus ꝛ nō deus sint terminī ꝟtradictorij. tamē sic nō verificant̄ quia nō predicantur. Sed hoc totum est predicatum. incipiens esse deus. incipiēs nō
Ad ārtū. sic deus. ꝛ illi termini nō sunt contradictorij. ¶Ad quartum respondetur concedēdo cōsequētiā: ꝛ negādo maiorem. quia ista est falsa ꝛ impossibilis. Omne ens quod nunc nō est deus ꝛ immediate post hoc erit deus incipit esse deus. sed tamen nō est syllogismus. quia minor in sensu categorico est negatiua ꝛ cōclusio affirmatiua. sic etiam totum distributum a parte subiecti in maiore non predicatur in minore. Sic etiam illa cōsequētia nō valet. creās incipit esse hoc creans. ꝛ hoc creans est vel immediate post hoc erit deus. ergo creans incipit esse deus. quia iterum arguitur a dicto ſm quid ad dictum simpliciter. Et sic omnes singulares sophismatis sunt falsi. sicut hoc creās incipit esse deus. vel hoc creās incipit esse deꝰ. Et ex

ponēdo tales singulares subiecto debet addi relatiuum identitatis in scōa exponēte. qz est terminus cōnotatiuus. ¶Sed diceres. Cōtradictoria sophismatis est falsa. nullū creans incipit esse deus. qz ex ea sequit falsum sic arguēdo. ergo creās incipit nō esse deus. a subalternāte ad subalternatam. Arguit.

¶Respōdet q nō sunt subalterne. qz nō sunt eiusdē qualitatis. quia cōsequēs est ꝓpositio affirmatiua. qz ly esse est pars ꝑdicati z nō copule. Et sic negatio postponit copule ꝓncipali. añcedēs aūt est ꝓpositio negatiua. Ex omnib⁹ dictis in articulo patet q ista tiñ. sortes incipit esse albus capiēdo ly albus vt potest esse predicatū est impossibilis. quia quādocūqz sortes incipit esse alb⁹ tūc aliqua pars ei⁹ incipit esse alba. Et debet talis ꝓpō ꝓmo probari ratione signi exclusiui. qz quādo in aliq̄ ꝓpositione ponunt duo sig̃ pgnātia tenētia se ad totam ꝓpositionem. talis propositio primo debet probari ratione signi pregātis. z post hoc ratione zc. Si aūt ly albus capit adiectiue pure. z includit ly sortes. tūc talis est vera si sortes dealbat. Respōdet. ¶Secundo patet q ista est falsa. vacuus incipit esse caspar. si caspar prius fuit z sit vacuus. sic etiam magister incipit esse ioannes. Sed ille sunt vere. caspar incipit esse vacu⁹. caspar incipit esse magister. si ꝓmo sit magister. sic etiam si sortes iam primo habet filium. z ipse sortes prius fuit. tunc ista est falsa. paternitas sortis incipit esse. Sed ista est vera sortes incipit esse paternitas. Sic etiā si aqua summe calida fit per vnam horā: tunc ꝑm Biridanum pro vltima parte hore precedentis hec est falsa. summa calefactio incipit esse. Sed talis ꝓpositio vel ꝓsimilis. sortes z plato incipiūt esse. sortes z motus incipiūt esse. vbi vnum extremoz est copulatū. tunc ante q̄z talis propositio exponat ipsa propositio debet resolui in vnā copulatiuaz. z pars post hoc deberet exponi. z ꝟ est verū q̄ nūs pluralis capit diuisim. z tūc ista est falsa. ¶Panthaleon z ꝟ instās incipiūt eē. qz resolut sic. ¶Panthaleon incipit eē. z ꝟ instās incipit esse demōstrādo ꝑs q̄ iaz est mō ꝓ⁹ pars copule est falsa. Si aūt numerus pluralis capit ꝓiunctim z ꝓiunctio copulatim. tūc talis ꝓpositio simplr exponit z nō resolut. vt sic. ¶Pathaleon z hoc instās imediate ante hoc nō fuerūt z idē iam sunt. z sic tunc predicta propositio est vera.

Quintus articulus

est de ly definit. ¶Pro isto articulo est notādū q ꝓpones de Definit eram sunt in multiplici differētia sicut ꝓpones de incipit. Et plura q̄ sunt dicta in articulo pcedēti possunt etiā applicari ad presentē articulū. z ēre iste eo erit breuior. ¶Secūdo notandum q magister ¶Marsilius exponit propositiones de definit in qbus subiectuz est terminus cōmunis vel etiam singularis z cōnotatiuus per vnā copulatiuā affirmatiuā bimembrem. et hoc quādo ly definit z infinitiuus affirmantur. vt illam. hoc album definit esse sortes. exponit sic. hoc album nunc non est sortes. et hoc album immediate ante hoc fuit sortes: z nihil quod immediate ante hoc fuit hoc album nūc est sortes. Sed q̄ subiectum est terminus singularis z absolutus tunc ipse ponit solum duas z omittit alias. vt illam sortes definit esse. sic exponit. sortes nūc nō est. z immediate ante hoc fuit. Expō. marsilij. ¶Et ista expositio nō valet. quia als illa nunq̄z esset vera. aliquid definit esse. qz semp prima pars copulatiue esset falsa. illa videlicet. aliqd nūc nō est. silr illa esset falsa. mot⁹ definit esse Silr posito casu q deus adnihilaret formā. z ly definit importat instās pro quo adnihilet. tūc ista esset vera. sortes definit esse sortes. z tamen exponēs Reprobat.

Expositio Hugonis.

esset falsa. Sz magr Hugo exponit tales ꝓpones q vnã copulatiuã affirmatiuaz bimẽbrem. cuius ꝑma pars est positio de ꝓterito. z scda pars est remotio de ꝑsenti. vt illã sortes desinit esse. sic exponit. sortes immediate añ hoc fuit z idez nũc nõ est. Et ratio sua est ista. quia quelibet res naturaliter desinens esse: desinit esse per ꝑmũ instãs sui nõ esse. ergo in expositione talium ꝓpõnum sufficit q exprimatur tale instans. z hoc fit per talem copulatiuam.

Reprobat.

¶ Sed tamen talis expositio etiam nõ valet. quia posito q dominus deus pro eodem instãti creet angelum: z adnihilet eundem. tũc ista est vera. angelus desinit esse. z tamẽ exponẽs est falsa: sicut Hugo exponit. quia tunc talis angelus nunqz fuit: z tamẽ etiã est. quia in transmutationibus instantaneis z deperditis: instãs trãsmutationis debet attribui priori passioni. scilicet esse. Sed in acquisitis debet attribui posteriori passioni: que passio etiã est esse. Sic etiaz ponẽdo instantia indiuisibilia. tunc hec est vera. hoc instãs desinit esse. demõstrãdo instãs qõ iam est. z tamẽ exponẽs Hugonis est falsa. sic etiam tenẽdo modum Marsilij de rarefactione. scilicet q nulla quãtitas precedẽs maneret cuz sequenti. tunc quelibet talis durat solum per instãs indiuisibile. ponẽdo instãtia indiuisibilia. tñ hec est vera. hec quãtitas desinit esse. z tamen totalis exponẽs esset falsa. exponẽdo eam sicut Hugo exponit. Sic etiam ponaf casus. q sortes z plato dealbenf adequate p istaz hozã. sed in fine hoze sortes desinat albus fieri. z albedo platonis cõsequẽter intẽdaf. tunc ista est vera. sortes desinit esse ita albus sicut plato. z tñ iterũ exponẽs esset falsa.

Cõis expõ

¶ Ergo cõiter tales propositiones desinit. exponunf per vnam disiunctiuam compositã ex duabus copulatiuis. quarum prima exprimit primũ instãs nõ esse. alia vltimum instãs esse. z taliter q ista de futuro vel de preterito preponaf huic de presenti. z subiecto addaf relatiuũ idẽtitatis in secũda exponẽte. Si fuerit talis terminus communis vel singularis z cõnotatiuus. vt ista. sortes desinit esse. exponif sic. sortes immediate añ hoc fuit. z idem nũc nõ est. vel sortes immediate post hoc nõ erit. z idem nũc est. Et sic ptes copulatiue debẽt esse diuersaz qualitatum. z sic semp sũt ibi due affirmatiue z due negatiue. Et illa in qua ponif ly immediate añ hoc: est affirmatiua. Sed illa in qua ponif immediate post hoc. est negatiua. Et qñ verbum est alterius temporis qz ꝑsentis. tũc in omnibus exponẽtibus ad predicatum debet addi differẽtia eiusdem tẽporis. Et quãdo infinitiuus negatur z nõ verbum principale. tũc talis ꝓpositio habet exponi sicut vna pura affirmatiua de incipit. vt sortes desinit nõ esse. que valet tãtum sicut ista. sortes incipit esse z ꝑm hoc tales propositiones possunt exponi. sortes desinit fieri. sortes desinit currere. motus localis desijt esse vacuus. sortes desinit nõ esse in domo. sortes desinit nõ cucurrisse. sortes desinit videre ioãnem. ¶ Ulterius est sciẽdum. q ly immediate post hoc. z ly immediate ante hoc. sunt syncategoremata mixta: includẽtia actum z cõceptum. Actus tenet se ad totam propositionem. et si instantia sunt sibi immediata tunc ista. motus erit immediate post hoc valet tãtum. motus erit in instanti qõ est immediatum huic instanti. vel tempus in quo motus erit z in eius tpis qlibet parte ad quã ꝓducif vel ꝓduceꝝ vl corrũpif est huic instãti ipsius imediatuz. Sed tenẽdo q sint mediata: tunc ipsa valet tñ motus erit in instãti qõ est mediatum huic instãti. id est motꝰ erit añ quodlibet instãs post hoc instãs vel tps in quo motꝰ erit. z in cuius

tpis qualibet pte aliquid ipius ꝓducet. est huic instanti mediatum. qz tunc nō dant duo instātia unediata. sed inter quelibet duo mediāt infinita instantia. Sed ly immediate ante hoc valet tantum sicut post qōlibet instās ante hoc. ¶ Arguit. si modus exponēdi staret sequitur qꝫ ista nunqꝫ deberet cōcedi. sortes desinit esse. qz illa semp est falsa. sortes immediate añ hoc fuit: z idem nūc nō est. qz secunda pars est falsa. illa vicz. idem sortes qui imediate ante hoc fuit nūc nō est ens ꝑ ꝓmo nō esse sortis qꝫ sortes qui fuit manet semp ens vel entia. ¶ Confirmat. Sequit qꝫ illa deberet ꝓcedi. nulla dies desinit esse. z importat ly dies instans meridiei. qz valet tantum. dies immediate ante hoc fuit: z eadez nunc nō est. ¶ Et iterum. Sequit qꝫ illa deberet negari. summa rarefactio desinit esse. vel summa calefactio desinit eē. z ipor tet ly ꝓmum nō esse calefactiōis. ¶ Ad ꝓmū ꝓcedendo sequelā. imo illa ꝑ est falsa. sortes desinit esse. qz ly ens in secūda exponēte capit trāscēdenter. modo quādo sortes desinit esse sortes: adhuc sortes post hoc erit ens qz materia z forma. Sed illa bñ ꝓceditur. sortes desinit esse sortes. g̃ sortes desinit esse. qa arguit ab inferiori ad suꝑius cum distributione suꝑioris. vt a ly sortes ad ly ens. Illa tamen bene est possibilis. Sortes desinit esse. vt si deus annihilaret aiam sortis ꝓ ꝓmo nō esse sortis vel materiaz suaz. Et sic non est simile de hoīe z de asino. Illa enim bene est vera. asinus desinit esse quia quādo brutū moꝛitur siue coꝛrumpit: tūc forma eius etiaz coꝛrumpit. ¶ Ad secūdum respondet negando assumptum. Et vlterius est dicendū qꝫ illa est falsa. illa dies immediate ante hoc fuit ꝑ tali instanti. saltez ꝑut ly fuit iporˉtat horam ꝓcedentē. quia dies non est in tempoꝛe minoꝛi se. qz nullus dies est in minoꝛi tempoꝛe se. Et ergo quādo talis ꝓcedit. dies est vel sibi filis z̄. ly est importat totam diē et z nō vnā horā. z sic illa est falsa dies est in hora octaua. Sed bene ꝓ octaua hora verum est dicere qꝫ dies est. vt ly est importat totam diem. Sed ꝓ ꝓmo nō esse diei tunc ista est vera. dies desinit esse. quia tunc illa dies immediate ante hoc fuit iterum. ꝓout ly fuit importat totam ꝓcedentē horam z idem iam nō est. Si autem motus est mobile met tunc non est aliud nisi celum saltem ꝑm vulgares: z tunc est falsa. dies desinit esse. sic etiam dies incipit esse. Sed ille bene sunt vere. aliquid desinit esse dies. aliquid incipit esse dies. ¶ Ad tertium respondet ponēdo modum Buridani cōcedendo assumptum. quia ꝑ ꝓmo nō esse summe calefactionis hec est falsa. summa calefactio immediate ante hoc fuit. exꝫ ꝑm Buridanum res nō est ꝓcise eo tēpoꝛe ꝓ quo fit. Sed illa est vera. summa calefactio desinit esse summa calefactio. Sic etiam illa est vera. aliquid fuit summa calefactio. z ly summa calefactio habet ampliare ꝓ eo quod est vel immediate post hoc erit. Sed ꝑm ¶ Darsilium tūc ꝓdicta ꝓpositio esset falsa. Quia scōa pars est falsa. vicz secūda exponens. qz eadem summa calefactio que immediate ante hoc fuit: etiaz iam est ens qz iam est caliditas vicz iam nō sit summa calefactio ꝓ quo tūc summa calefactio in instanti incipiat esse. vel ꝑ quo desinit esse ꝑm ¶ Darsilium z Buridanū. De illis videndum est in libris ¶ Phyſicoꝛum.

Sophiſma.

Sortes desinit scire oēz ꝓponez. ¶ Ꝓ sophismate est notādū. qꝫ casus sophismatis qué ponit magr ¶ Hugo é qꝫ ꝑus solū fuerit iste due ꝓpones. sortes est: deꝰ est. qs sortes

Argr ꝓmo

Scōo.

Tertio.

Rñ. ad ꝓm argumētū

Ad scōm.

Ad tertiuz

Casus sophismatis

ſciuerit ꝛ etiã ſciat eas.ꝛ iam vna de nouo formet ſiue generetur tertia propoſitio.ſ.homo eſt aſin⁹.Et in tali caſu magiſter Hugo concedit ſophiſma.

Declarat caſũ ſophiſmatis ꝛ vi tatẽ ei⁹ ꝛc.

¶Et ibi eſt ſciendum ꝙ ſophiſma de rigore ſtante illo caſu nec eſt verum nec falſum qꝛ nõ eſſet.exquo ſolum iſte tres ꝓpoſitiones eſſent.oportet ꝫ ꝙ ly definit in ſophiſmate iportet illud tempus ꝑ quo ſolũ ille tres ꝓpõnes ſint.ſed in tali caſu ſophiſma eſt verum.qꝛ iam ly eſt debet iportare temp⁹ ꝑ quo⁹ etiaz ſophiſma eſt.Sic etiã in tali caſu ꝙ ſortes ſciuerit oẽs ꝓpõnes que fuerũt ꝛ ſit iam ꝑmũ inſtans nõ eſſe ſortis:tũc itez ſophiſma eſt verum. vt patet p expoſitionez ꝛ ſic aliqd definit ſcire quod tamen nõ eſt. Nec hoc eſt incõueniens.qꝛ ly definit eſt termin⁹ ampliatu⁹. ꝛ talis bene ſupponit pro eo qõ nõ eſt.ꝛ ampliat terminum ꝑcedentẽ ꝛ ſequentẽ ꝑ eo qõ eſt vltim mediate ante hoc fuit.alias illa deberet negari.motus definit eſſe mot⁹.ſi ſecundum ly motus accipet ſolũ ad ly eſt.qꝛ valeret tantũ.motus definit eſſe motus qui eſt.ꝛ hoc eſt falſuz.qꝛ mot⁹ definit eſſe motus quãdo nõ eſt motus.qꝛ ꝑ primo nõ eſſe motus. ¶Nec etiaz talis terminus ſeqns accipitur ſolum ad fuit.quia alias illa deberet negari . Angelus definit eſſe ſi pro eodem inſtanti deus crearet angeluz ꝛ annihilaret eũdem.ſic etiã illa deberet negari.hoc inſtans definit eſſe.qꝛ valet tantum.hoc inſtans definit eſſe ens quod fuit.mõ hoc inſtans nunc̃z fuit.Et ſic ly ſortes ꝛ ly ꝓpõnez in ſophiſmate ampliantur ꝑ eo qõ eſt vel imediate ante hoc fuit.ꝛ nõ oportet ꝙ talis ampliatio exꝑmatur in ſophiſmate.qꝛ ſophiſma nõ valet tantuz ſicut ſortes definit ſcire omnez propõnez que eſt vel imediate ante hoc fuit. quilla eſt falſa. vt patet exponẽdo eam.ſed ſufficit ꝙ ampliatio exꝑmatur in exponentibus. ¶Sic etiaz illa eſt vera.ſortes definit eſſe albiſſimus hominũ.poſito caſu ꝙ ſortes ſit albiſſimus hominũ.ꝛ ꝙ plato naſcat albior ſorte.ꝛ imꝑortet ly definit ꝑmuz inſtans eſſe platonis.ꝛ tñ nec definit eſſe albiſſimus eoruz qui nõ ſunt. Alij tñ dicunt ad hoc ꝙ aliqd deſinat ſcire aliqd oportet ꝙ illud ſit.ſed primum eſt verius. ¶Item poſito caſu ꝙ ꝑus fuiſſent mille propoſitiones videlicet ante vnum annuz:quarum ſortes nullaz ſciuiſſet.ꝛ immediate anteq̃z illa fieret homo eſt aſinus ſint due propoſitiões quas ſortes ſciat.tunc in tali caſu ſophiſma iterum eſt verum.vt patet per exponentes.Et ly propoſitionem in ſophiſmate ſupponit diſtributiue per ly omnem quod eſt ſignum ſuppoſitionis ꝛ reſtrictionis.Sic etiam in ſua contradictoria.ꝛ ſupponit ſolum pro propoſitione que eſt vel imediate añ hoc fuit.Et verificatur ſic.hoc eſt vel immediate ante hoc fuit propoſitio. Et ſic licet ſequatur verbum ſignificans actum anime interiorem . videlicet ly ſcire.tamen non appellat ſuam rationem.nec etiã ampliatur peripſum ad quincz differentias temporum.quia ly ſcio non facit appellationez rationis circa terminum ſecunde intentionis ꝛ perſonaliter captum.nec etiam ampliationem ad ipſum vt dictum eſt de appellationibus.Et ſic ſophiſma non valet tantum.Sortes definit ſcire omnem propoſitionem que eſt vel fuit vel erit vel poteſt eſſe.¶Eſt tamen ſciendum ꝙ de intentione Hugonis eſt ꝙ ly ꝓpoſitionem in ſophiſmate ſupponit determinate . ꝛ ꝙ diſtributio huius ſigni omnẽ impediatur ꝑ ly definit. ſed tñ hoc videtur eẽ falſum.quia tam ly omnẽ eſt ſignũ ſuppoſitionis ꝛ reſtrictionis ꝛ tale nõ habet impediri per ſignum precedens quale eſt ly definit quia tale ſignum precedens habet aliquem terminum categorematicum.in quem fertur immediate. Sic etiam

si staret determinate. tūc sophisma equiualeret huic propositioni. Sortes propositionem desinit scire. que tamen est falsa. Et ly scire non supponit in sophismate. sic etiā ly omnem ꝓpositionez non supponit. quia nullum tale verificat. ꝛ non sequit̄ q; ergo alienat ly desinit per talez dictionem: quia talis determinatio includit syncategorema. Sic etiaz determinabile est priuatiuuz ꝛ non debet descendi copulatiue sub ly propositionem. vt sic. ergo sortes desinit scire illam propositionez ꝛ sortes desinit scire ꝛc̄. quia in ꝑgnantibus non oportet valere descensum. Nam precipue non oportet valere descensum sub determinatione distributa vnica acceptione accepta cuz suo determinabili. Et sophisma est in materia contingenti ꝛ conuert̄ sic. igitur desinens scire omnem propositionem est sortes qui est vel immediate ante hoc fuit. ¶ Per hoc respondet̄ ad sophisma ipsuz concedendo stante casu sophismatis. quia exponentes sunt vere. quia exponit̄ sic. Sortes immediate ante hoc sciuit omnez propositionē. ꝛ idem nunc non scit omnez propositionez. vel sortes post hoc immediate non sciet omnez propositionem. ꝛ idem nunc scit omnē ꝓpositionez. ꝛ ista est vera. quia prima copulatiua est vera. ¶ Arguit̄. Sophisma est falsum. ergo. Assumptum probat̄. qz sequit̄ bene. Sortes desinit scire omnez ꝓpositionez. ergo sortes desinit scire ꝓpositionē Tenet ꝓña a toto in quantitate ad partem. ¶ Confirmat̄. Sequit̄ bene. sortes desinit scire omnez ꝓpositionē. ergo a sorte desinit̄ sciri omnis ꝓpositio. Tenet ꝓña ab actiuo ad passiuuz. consequens falsum est. qz sequitur bene. A sorte desinit̄ sciri oīs ꝓpositio. ꝛ hec propositio. hō est asin⁹ est ꝓpō. ergo a sorte desinit̄ sciri hec propositio. hō est asinus. ꝓñs falsum est. quia nunq̄ scit eā. tenet ꝓsequentia p debitā subsumptionē sub termino distributa ꝛc̄. ¶ Confirmat̄ Vel sortes desinit scire omnē ꝓpositionē desinēdo scire vel nō desinēdo scire. ¶ Ad ꝓmum negat̄ assumptum. Ad ꝓbationem negat̄ consequentia. nec tenet p regulam a toto in q̄ntitate ꝛc̄. qz cū talib⁹ dictiōibus icludentib⁹ negatiōez nō oportet ꝓñaz valere. ꝛ etiā ly desinit in ꝓñte ꝓ nullo supponit. ꝛ tñ i añte supponit. ¶ Ad scām negādo ꝓñaz. nec tenet ab actiuo ad passiuū. qz deberet argui respectu subiecti trāscendētis. etiā nō participāt i extremis. qz ly oīs in oīone passiua nō est ps extremi. ¶ Ad tertium rñr q; sortes desinit scire omnē ꝓpōnē nō desinēdo scire. vt pz ꝑ exponentes ūno sortes in casu sophismatis nihil desinit scire. sed p solā aggenerationez ꝓpōnis falsē. sortes desinit omnez ꝓpositiōem scire. ¶ Sic etiā illa ꝓsequētia nō valet. sortes nō sciuit oēm ꝓpōnem. ergo sortes immediate ante hoc nō sciuit omnē ꝓpōnē. qz in casu posito circa sophisma. vicz q; ꝓpus fuissent mille ꝓpōnes tūc añs est vez ꝛc̄. ꝛ ex opposito ꝓñtis nō sequit̄ oppositū añcedentis. qz nō sequit̄. sortes imediate añ hoc sciuit oēm ꝓpōnem. g̃ sortes sciuit ꝓpōnem qz ly ꝓpōnem in ꝓñte ꝑ pluribus distribuit̄ q̄z in añcedente. qz in añcedente supponit solum pro ꝓpōne que imediate añ hoc fuit ex quo debet verificari mediante copula sic determinata. Sed in ꝓñte supponit p qualibet. ꝓpōne que fuit. ¶ Tñ ꝓcedentes illā. adam fuit omnis hō hñt ꝓcedere ꝓñaz ꝛ ꝓñs. Sic etiā illa nō valet. sortes imediate añ hec sciuit oēm ꝓpōnem. g̃ sortes imediate añ hoc oēm ꝓpōnem sciuit. qz arguitur a nō amplo ad amplū cum distributiōe ampli. Sed illa. sortes imediate ante hoc sciuit oēm ꝓpōnez. g̃ sortes imediate añ hoc oēz ꝓpōnē que fuit sciuit. Sed si ly imediate añ hoc in ꝓñte determinat copulā minus ꝑncipalez tūc

Rñ. ad sophiſ.

Argī ꝑmo

Secūdo.

Tertio.

Rñ. ad ꝑm

Ad scām.

Ad tertiuz

Declarat aliq̄s ꝓñas

1

3

est bona. Si vo ꝓncipalẽtũc est mala. idẽ est de ista. sortes imediate añ hoc
sciuit omnẽ ꝓpõnẽ igit sortes imediate añ hoc ꝓpõnẽ q imediate añ ꝫ fuit
4 sciuit. Sz illa sortes desinit scire oẽm ꝓpõnẽ. g̃ sortes sciuit aliquã ꝓpõnem
5 est mala. Sic etiã illa est mala. sortes desinit scire oẽz ꝓpõnẽ g̃ sortis scia de
finit scire oẽz ꝓpõnẽ. vel etiã iferẽdo illã sortis sciẽtia desinit scire oẽz ꝓpositionẽ quia vna sciẽtia nõ sciunt plures ꝓpositiones nõ synonime. sic etiã sci
6 entijs nõ scitur vna ꝓpositio specie distinctis. Sed illa. sortes desinit scire
omnẽ ꝓpõnẽ ⁊ omnis ꝓpõ vera est ꝓpositio. g̃ sortes desinit scire omnem
7 ꝓpõnẽ verã est mala. Sed illa sortes desinit scire oẽm ꝓpositionẽ. ergo sor-
8 tes desinit scire oẽm ꝓpõnem verã vel falsam est bona. Sed illa. sortes de-
finit scire oẽm ꝓpõnẽ ⁊ aliqua ꝓpositio fuit nõ ꝓpositio ergo sortes desinit
9 scire nõ ꝓpõnem est mala. ¶Et sortes desinit scire omnẽ ꝓpositionẽ ⁊ nec
desinit scire oẽm ꝓpõnẽ que est. nec desinit scire omnẽ ꝓpositionẽ que fuit
nec desinit scire oẽm ꝓpõnez que est vel fuit. Et ista sortes desinit scire oẽz
ꝓpõnem qñ nõ desinit scire oẽm ꝓpõnem est vera in sensu categorico ⁊ est
falsa in sensu hypothetico. Sed illa. sortes desinit scire oẽz ꝓpõnem quãdo
desinit scire oẽz ꝓpõnẽ est falsa i sensu categorico ⁊ ẽt in sensu hypothetico.

Signa alietatis.

Sextus articulus est de signis alietatis ꝓ isto articulo est notãdum ꝙ signa alietatis sunt differt ab. aliud ab. nõ idẽ ⁊ similia. sic etiã ly differt est signũ alietatis. ita etiã ꝙ talia signa sine ꝓpõne sunt signa alietatis qz ista exponibilis. sortes ⁊ plato differũt vt ꝓ se dicit hugo ꝙ habeat exponi sicut ista. sortes a platone differt quod nõ eẽt nisi ly differt eẽt signũ alietatis. Sic ẽt ly aliud q̃z ⁊ ly aliter q̃z vt sortes est aliud aial q̃z plato. Et dicũtur ideo signa alietatis qz iportãt diuersitatẽ iter res significatas ꝓ termios qb⁹ addũtur. Et talia signa hñt distribuere casus quos regũt. Et ly differt ⁊ diuersuz vel etiã ly aliud distribuũt solũ ablatiuos qs regũt mediãte ꝓpositione a vel ab ⁊ ꝫ dicẽdo sic sortes differt anima rationali ab asino. ly anima rationali nõ distribuitur sed ly asino distribuit. aliqua tamen etiam distribuunt datiuum. vt sortes est non idem asino hoc totum non idem vt est signum alietatis ⁊ exponibile distribuit ly asino. ⁊ tunc negatio nõ infinitat totum sequens sed solum ly idem. Aliqua vero distribuũt ntiñ. vt sortes est aliud animal q̃z asinus. ly asinus distribuitur per hoc totum aliud q̃z. Et de isto plus habet videri in decima regula suppositionum Marsilij. ¶Secundo notandum ꝙ quidam exponunt propositiones de signis alietatis per duas exponentes in quarum prima ponunt ꝓstãtiam extremi ad qõ nõ tenet se signum alietatis. In secũda vero terminus rectus a signo alietatis predicatur negatiue de tali termino cuius constantia est sumpta. vt illam. sortes differt ab homine. sic exponunt. sortes est. ⁊ sortes non est homo. sed illa expositio non valet. quia als illa deberet cõcedi. sortes differt a chimera. quia sortes est. ⁊ sortes non est chimera. ꝓñs autem falsum est ⁊ cõtra pẽm. xij. Metaphẽ. dicentem. ꝙ entis ad nõ ens nulla est diuersitas vel identitas.

Mõ sufficienter exponũtur ꝓ duas exponẽtes

Expositio Marsilij.

¶Cõsequẽter est notãdum. ꝙ etiã expositio Marsilij qui exponit tales ꝓpositiones per tres exponẽtes. in primis duabus ponendo cõstãtiam terminoꝝ inter quos cadit alietas. id est inter quorum significata cadit alietas: ⁊ in tertia. tunc tales termini predicãtur de se inuicem negatiue. vt ista expositio. sortes est. ⁊ omnis asinus est. ⁊ sortes non est asinus. exponit istam. sortes differt ab asino. Et illa exposi-

tio nō valet. quia alʒ illa deberet concedi. sortes differt a platone. si sortes viueret per primā medietatem huius hore: ⁊ plato solum per secūdā. ⁊ ly differt importaret totam horam. quia tūc exponētes. essent vere antecedēs falsum est. quia tales non sunt simul. ¶ Propter ꝫ ergo cōiter exponuntur ꝓpositiones tales de signis alietatis ꝯtum est ꝑcise ratione signi alietatis per tres exponētes. ⁊ prime due ponūt cōstantiam terminorum inter quoꝝ significata cadit alietas. Et tertia propositio opposita est ad illas vbi tūc tales termini predicātur de se inuicem. ⁊ ꝙ semper in exponētibus addaꝯ ly simul. ⁊ quādo talis ꝓpositio est affirmatiua ꝙ tunc etiam exponatur copulatiue: siue signum affirmetur siue negeꝯ. Sed quando est negatiua ꝙ exponaꝯ disiunctiue iterum siue signum affirmeꝯ siue negeꝯ. vt sortes differt ab asino cōiter sic exponiꝯ. sortes est. ⁊ simul omnis asinus est. ⁊ simul sortes nō est asinꝰ. Sed ista. sortes nō differt ab asino exponiꝯ sic. sortes nō est. vel simul omnis asinus nō est. vel simul sortes est asinus: ita ꝙ soluꝫ prime due sint eiusdem qualitatis cum exposita. tertia aūt; debet esse oppositе qualitatis ad eas. Et nō oportet terminos eodem modo supponere in exponētibꝰ sicut in exposita. saltem quo ad speciem etiam in affirmatiuis. Sicut communiter dicit. quia alʒ due ꝯtradictorie fierent simul falsе. quia illa est falsa. omne differens ab omni homine nō est sortes. quia ex ea sequitur falsum sic arguēdo. ⁊ sortes est differēs ab omni homine. ergo sortes nō est sortes. ⁊ tamē eius cōtradictoria. illa videlicet. nō omne differens ab homine nō est sortes. etiam est falsa. si saltem oportet terminos in exponētibus eodem modo supponere sicut in exposita. quia exquo ly homine in ista. non omne differens ab homine nō est sortes. supponit distributiue. quia sequitur tria signa distributiua. scilicet ly nō. ⁊ ly differt ab. ⁊ ly omni. ⁊ sic similiter in exponētibus etiam deberet supponere distributiue. tunc tertia esset falsa. illa videlicet sortes nō est homo. ⁊ quia talis habet exponi copulatiue. exquo est affirmatiua ipsa esset falsa. Sz tamē propositiones tales debēt sic exponi. ꝙ quādo exposite sunt contradictorie ꝙ etiaz exponētes sint cōtradictorie. Sed ꝙ in negatiuis nō oporteat terminos eodē modo supponere in exponētibꝰ sicut in exposita. ¶ Patet. quia alʒ illa esset falsa. sortes nō differt ab homine. quia si ly homine in tertia exponēte debet distribui sicut tunc distribuiꝯ in exposita. tūc tertia esset illa. sortes est omnis homo. que est falsa. ⁊ tamē prime due etiam sunt falsе. Et dicitur notāter. quo ad speciem. quia termini quo ad suppositū debēt eodem modo supponere in exponētibus sicut in exposita. ⁊ debēt accipi ad eandē differētiam tēporis. Dicit etiam; notāter ꝙ ꝓpositiones sufficiēter sic exponunt per tres exponētes ꝙtum est ꝑcise ratione signi alietatis. quia si ponit ibi aliquod signū ratione cuius aliquid requirit. non sufficiūt tales tres exponētes. vt in ista. a sorte differt omnis asinus. nō sufficiūt ille tres exponētes. Sz etiam ratione suppositionis determinate ⁊ copule requirit ꝙ certum suppositum talis termini sit quodlibet suppositum termini distributi. ⁊ ꝯ tunc addit quarta exponēs vt sic. ⁊ hoc est omnis asinus. Et talis ꝓpositio prius debet probari ratione suppositionis determinate per singulares vt sic. a sorte hoc differens est omnis asinus. vel a sorte hoc differens est omnis asinus. ⁊ sic de singulis. ⁊ tales exponunt tunc sic. sortes est. ⁊ simul omnis asinus est ⁊ simul sortes nō est omnis asinus. ⁊ simul hoc quod non est sortes est omnis

Reprobat.

Expō cōis

asinus. z ista quarta est falsa. Sic etiam ista ꝓpositio. omne differens ab equo est asin⁹. est falsa z impossibilis. z tamē exponēdo eaz sic. omnis equ⁹ est. z simul omnis asin⁹ est. z simul asinus nō est equus. omnes exponētes essent vere. Sed talis ꝓpositio ꝑius debet ꝓbari ratione signi vniuersalis vt sic. hoc differēs ab equo est asinus. z hoc differens ab equo est asinus. et sic de singulis. iuxta regulam cōmunem. Quando in aliqua ꝓpositione ponūtur duo signa. vnum resolubile zc̄. Et post hoc singulares debent exponi. z tūc plures singulares erūt falsē. vbi per ambo ꝓnomina demonstrātur res que⁹ nō sunt asinus. Et ꝓz istum modum exponēdi. tunc quādocunqz signū alietatis nō est determinabile siue principalioꝛ pars predicati: tunc tertia nō formaf. vel nō erit negatiua quādo talis saltem est affirmatiua. Sed tertia debet esse exposita met solū mutādo signum in ly quod nō est. vt sic. sortes vidēs differēs ab homine. exponif sic. sortes est. z simul ois hō est. z simul sortes videt ens qđ nō est homo. ¶ Est tñ verū q dabilis est vnus alter modus exponēdi tales ꝓpositiones: z saltem ꝓbabiles. ille videlicet. q quelibet ꝓpositio de signo alietatis quātū est ꝑtinse ratiōe talis signi. sufficiēter z formaliter habet exponi p duas exponētes eiusdē qualitatis cuz exposita. ita q affirmatiua p duas affirmatiuas. z negatiua p duas negatiuas. z in prima debet subijci termin⁹ rectus a parte post a signo alietatis. z secūda debet esse exposita met: solū mutādo signū alietatis in ly ens qđ nō est. z semper debet addi ly simul in secūda exponēte. Et quādo nō ponif subſtātiuū cuz signo: tūc debet poni ly ens qđ nō est. Et debet eodem modo accipi ad ſuppositū z quo ad ſpeciem. sicut signū alietatis. Si āt ponif ibi subſtātiuū cū signo alietatis. tūc etiā in secūda exponēte debet poni. vt in ista sortes differt ab homine. exponif sic. omnis hō est. z simul sortes est ens qđ nō est homo. sortes est aliud album q̄z plato. sic. plato est albus. z simul sortes qui est albus est ens qđ nō est plato. Sed illa. ioānes differēs ab ente est. sic. omne ens est. z simul ioānes q est ens qđ nō est ens est ens. Sed illa ab omni vero aliud est verū. ꝓpus sic resoluaf. ab illo vero aliud est verū. ab illo vero aliud est verū zc̄. z tūc post hoc sic exponif. verus est. z simul verū est ens qđ nō est verū. Sed illa pater in diuinis differt a filio in diuinis. sic. filius in diuinis est. z simul pater est ens qđ nō est fili⁹ in diuinis. z secūda est falsa. exquo ly ens importat diuersitatē essentialē. sicut ly aliud ab. z differt ab. z sic etiaz exposita est falsa. Sed illa. sortes est alter asin⁹ q̄z plato. sic. plato est. z simul sortes q est asin⁹ est res q̄ nō est plato. Sed illa sortes non differt ab hoie. sic. ois hō nō est vel simul sortes nō est ens qđ nō est homo. Et ista expositio. habet veritatē qñ tale signū exponibile nō infinitaf per negationē infinitātēr tentā. q dicēdo sic. sortes qui nō differt a chimera est hō. talis ꝓpō nō debet exponi sic modus exprimit q ipsa est vera z tñ prima exponēs eēt falsa. illa videlicet chimera est nec pōt diſiūctiue exponi sic aliq volūt. vt sic. sortes nō est vel simul chimera nō est vel simil sortes est chimera. z addēdo quartā illā videlicet vel sortes q nō est chimera est homo. quia tales vel cōsimiles. sortes q nō differt ab hoie est homo: sortes qui nō differt ab animali est hō. sortes qui nō differt a chimera est asinus deberent cōcedi exquo ponunf diſiūctiue sic. sortes nō est vel simul chimera nō est zc̄. modo iam diſiunctiua est vera. quia secunda eius pars est vera. Talis ergo ꝓpositio de ly differt vel differens quando

Ali⁹ mod⁹ exponēdi.

